This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

G 845

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

Vol. XLV. 7.

GEORGIUS CODINUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLIII.

G. 825

GEORGII CODINI

surnamed Curopalata

EXCERPTA

DE ANTIQUITATIBUS

CONSTANTINOPOLITANIS

EX RECOGNITIONE

(August) IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLIII.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E. CARDINALI,

DOMINO MEO SUMMA OBSERVANTIA COLENDO,

PETRUS LAMBECIUS S.

Multa sunt, Eminentissime Princeps, quae homini ad immortalem gloriam adspiranti viam praebent; verum aut me amor propriae opinionis fallit, aut ulla nec honestior nec compendiosior potest reperiri quam vel ipsa eruditio vel quae eruditis exhibetur benevolentia et benignitas. harum altera quibuscunque egenis et obscuris terrae filiis ad summam laudem aditus patet, dummodo natura aptam iis non denegarit indolem, nec ipsi profectui suo debita diligentia, famae autem legitima non desint ambitione. altera illis duntaxat ad claritudinem pervenire licet, quibus eam generis potentiae et fortunarum amplitudinem largiri deus voluit, ut protegere alios possint et sustentare. illi ergo hos colunt, ut necessariis ad studia adminiculis potiantur: hi contra illos fovent, ut monumentis litterarum nominis et virtutis suae memoria apud posteros celebretur; ita utrique per se indigentes alteri alterorum vigent auxilio.

quare beatissimos ego semper existimavi qui hanc velut omnibus numeris perfectam felicitatem consecuti sunt, ut pariter splendidissimo vitae statu et merito haud vulgaris eruditionis venerabiles sint atque conspicui. in his Te numero, Eminentissime Princeps, qui cum maiestate sacrae purpurae et pontificalis familiae praerogativa satis sine ullo aliunde petito splendore fulgeas, adeo tamen litterarum studio inter publica tantae dignitatis munera et fuisti semper et etiamnunc es deditus, ut cum iis qui tota vita aliud nihil egerunt iure et audacter de multifariae scientiae palma possis contendere. testatur enim hoc ditissima tua lectissimaque bibliotheca, qua post Vaticanam nihil Roma perfectius habet aut magnificentius; testatur haud exiguus praestantium ingeniorum numerus, quibus aula tua nunquam non fuit exornata; testatur publicum doctissimorum virorum de Te iudicium, qui saepe gravissimarum quaestionum arbitrium Tibi detulerunt. quod cum ita sit, abunde, ni fallor, apparet quibus ego nunc causis impulsus volumen hoc Originum Cpolitanarum Eminentissimo nomini Tuo dedicare audeam. nempe iam primum minime dubito quin pro singulari tuo erga litteras affectu, quicquid hoc munusculi litterarii est, laetissimo vultu sis excepturus: deinde praecavebo hac dedicandi ratione ne exprobrari mihi possit, quod olim Anacharsin philosophum in Graecorum ludis improbasse refert Laërtius, *ἀγωνίζεσθαι μὲν τοὺς τεχνίτας, κρίνειν δὲ τοὺς μὴ τεχνίτας.* certum denique habeo obtensam nominis tui auctoritatem non honori tantum laboribus meis fore, sed et praesidio adversus malevolorum improbas detrectationes; quod videlicet nemo sanus ea lacessere ausurus quae Tibi optimo acerrimoque scriptorum censori probantur. et hae quidem praecipuae

ex iis sunt quas cum omnibus eruditis communes habeo causas, cur Tibi potissimum, Eminentissime Princeps, quicquid hoc et qualecunque est libri, merito ac lubens consecrem: insuper vero alias multas privatim habeo, quas domesticas appellare lubet; easque tanto caeteris graviores existimo quanto vehementius ἀχαριστίας crimen subire vereor. etenim repetenti mihi memoriam omnis eius temporis quod studiorum causa exteris regionibus perlustrandis impendi, vix ullus occurrit dies qui singulari aliquo Tuo in me collato beneficio non sit notabilis. advenientem me primum Lutetiam humanissime per eos qui tum rebus Tuis agendis ibi praeerant excipi curasti. mox ipse Lugduno reversus participem me fecisti mensae, admisisti inter intimos; et ut paucis omnia complectar, tanto me prosecutus es affectu ut maiorem ab avunculo non potuissem desiderare. eandem benevolentiam Romae postea expertus sum, ubi integrum biennium in aula Tua commoranti mihi ea videndi multa et discendi fuit occasio, ut vere gloriari possim plus me in luce illa et strepitu aulico quam in ullo Academiae recessu et umbra profecisse. reversus deinde in Galliam incredibile memoratu est quantam ex commendatione Tua cum aliis multis locis utilitatem perceperim, tum vero inprimis Tolosae, cuius urbis illustrissimus archiepiscopus Dn. Carolus de Montchal, vir sanctitatis simul et prudentiae et eruditionis rarissimae, continuos octo menses in palatio suo plus quam paterna liberalitate et cura me tractavit. plura eius generis addere inconveniens esse credo et superfluum, tum quod ipsa haec beneficiorum enumeratio nescio quid videatur habere levitatis et arrogantiae, tum quia vel ex minimo eorum quae iam dicta sunt satis superque elucet, quanta obligationis necessitate

Tibi sim devinctus. accipe igitur, Eminentissime Princeps, et boni consule qualemcunque hunc iuvenilis diligentiae meae fructum, quo pariter et gratitudinem meam Tibi studeo declarare, et quanti faciam iudicii tui acumen et auctoritatem nominis. quodsi forte nonnusquam editionem minus feliciter curatam deprehendes, ignoscas velim, et benigne reputes, ex quo haec Lutetiae absoluta reliqui, triennium iam praeteriisse, ideoque quicquid sub praelo commissum est erroris, absentiae meae esse tribuendum. vale.

Dabam Hamburgi prid. Id. Decembr. 1653.

LAMBECII
PRAEFATIO AD LECTOREM.

Cum ante biennium Lutetiae Parisiorum agerem, tantum apud me potuerunt innatum publicae utilitatis studium et amicorum cohortationes et exempla complurium doctissimorum virorum, ut summum nefas esse crederem inceptae editioni corporis historiae Byzantinae qualicunque mea opera deesse. quaesivi igitur cui potissimum parti laborem impenderem, et cum fere omnia ab aliis praeoccupata esse viderem, tandem mecum cogitare coepi operae pretium fore si hactenus inedita Codini excerpta de antiquitatibus Cpolitanis in publicum producerem. praeterquam enim quod pertineant ad rem et multum lucis afferant historiae Byzantinae, hoc etiam nomine edi merentur, quod a gravissimis huius et superioris saeculi scriptoribus saepius laudata et ad confirmationem dubiarum opinionum adhibita sint. etenim Ioannes Leunclavius in Pandectis historiae Turcicae libri de aedificiis frequentissime mentionem facit; et quaecunque Nicolaus Alemannus notis suis in Procopium *ἐκ τῶν ἀνεκδότων πατρίων* CP inseruit, inde desumpta sunt. item Petrus Gilius ex supradicto libro de aedificiis et altero de statuis integras transscripsit paginas. certum quoque est

ineditum illud Chronicon Cpolitanum, quod Ioannes Meursius in Glossario Graeco-barbaro et alibi creberrime citat, nihil aliud fuisse quam ineditam partem excerptorum Codini, quae nunc publicatur. testantur hoc citata loca, et testabitur integrum Chronicon, si quando in lucem veniet. similiter etiam per antiqua illa collectanea *θεαμάτων* urbis CP, quae doctissimus Iacobus Sirmondus in notis ad Sidonium Apollinarem citat et in multis bibliothecis occurrere ait, haec alias non evulgata Codini excerpta intelligenda sunt. adderem plures coaetaneos auctores, in quorum scriptis ea citantur, nisi longum esset illos enumerare et supervacaneum. cum itaque iam omnino decrevissem edere Codini illa *ἀνέκδοτα*, nihil mihi antiquius fuit quam ut propositum hoc avunculo meo per litteras significarem, qui illud non tantum non improbavit, verum ut coeptum urgerem monuit, atque insuper duos mihi submisit codices manu scriptos, quibus continebantur haec Georgii Codini opuscula

περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως,
περὶ τῆς σχηματογραφίας τῆς Κωνσταντινουπόλεως,
περὶ ἀγαλμάτων στηλῶν καὶ θεαμάτων,
περὶ κτισμάτων,
περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας,
περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει μέχρι τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἁλώσεως,
περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωμάτων καὶ ὀφφικίων τοῦ παλατίου καὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

horum primum, quintum, septimum et principium tertii a Georgio Dousa, Francisco Iunio et Iacobo Gretsero iampridem edita fuerunt: reliqua vero nunc primum a me publicantur. caeterum praeter duos avunculi mei codices,

quorum unum a V. Cl. Peirescio dono acceperat, alterum vero ex Vaticano exemplari curaverat transscribi, quattuor aliis codicibus in adornanda editione usus sum, quorum primum ex Britannico exemplari descriptum dedit mihi eruditissimus Isaacius Vossius, cum adhuc essem Amsterodami; secundum R. P. Iacobus Sirmondus mecum communicavit; tertium mihi suppeditavit bibliotheca Regia permissu Petri et Iacobi Puteanorum fratrum; quartum ipsemet Romae in bibliotheca Vallicellana repperi.

Hactenus dixi unde Codini ἀνέκδοτα prodierint: sequitur ut paucis agam de meis animadversionibus. illas vero tres maxime ob causas conscripsi, nempe ut varias lectiones, quae sensum auctoris immutare posse videbantur, aliorum ingeniis diiudicandas proponerem; tum ut loca mendosa dubia obscura atque minus recte ab aliis intellecta corrigerem et explicarem, et ubi opus esset, correctionis atque explicationis meae rationem redderem. verum utrum ego hoc quod mihi proposueram bene praestiterim necne, res ipsa indicabit. interim tamen, amice lector, velim tibi persuadeas sedulo me operam dedisse, ut utilitati tuae pro viribus meis quam fidelissime servirem, neque praeter modum diligens atque non necessaria multa aut multoties ab aliis antea dicta compilans patientia tua abuterer. ad haec quo facilius mihi ignosceres, sicubi vel in versione vel in animadversionibus humanitus lapsus essem, omnes omnino occasiones fugi, quae oblatae mihi fuerunt ad contradicendum iis qui ante me aliquid Codini ediderunt vel secus quam oportebat intellexerunt; et siquando necessitate coactus fui eorum errores detegere, tantam ea in re adhibui moderationem ut contra quos scribam obscurum sit, manifestum vero, me non eo hoc fecisse ut ex

alienis erroribus gloriam quaererem, sed ut praecaverem duntaxat ne aliis necessarii quidquam ignorantia praeteriisse viderer. reliquum ergo est ut hosce labores meos benevole excipias, et si qua in iis deprehendes quae minus tibi placebunt, aliquantulum indulgeas iuventuti meae et nimiae erga te voluntati et gravioribus occupationibus, per quas exactissime omnia persequi et recensere non potui. sic et gratum te praebebis, et alacriorem me reddes ad praestanda maiora. vale.

Romae 1649, calendis Maiis.

Peter Lambeck (Lat. Lambecius, or Lambecii)

LAMBECII
DE GEORGII CODINI VITA ET SCRIPTIS
BREVIS DISSERTATIO.

Georgium Codinum non sub ultimis tantum imperatoribus Cpolitanis vixisse, sed aliquamdiu etiam superfuisse post ipsam Cpoleos expugnationem, ex ipsius scriptis liquido apparet. curopalatae vero cognomen, quod ei ab illis tribuitur qui librum eius de Officiis palatii CP ediderunt, in illis quos ego vidi codicibus manu scriptis non repperi; et facilius multo credam impositum ei fuisse curopalatae cognomen, quia de Officiis palatii scripsit, quam quod ipse curopalatae dignitatem obtinuerit. caeterum quod ad scripta eius attinet, non propterea duntaxat vano quodam praeiudicio improbanda sunt, quoniam Codinus ducentis tantum abhinc annis floruit; quippe qui, quaecunque edidit, ex antiquioribus et magis probatis auctoribus excerpsit et collegit. nam quod primum inter opuscula eius locum obtinet et inscribitur *περὶ τῶν πατρίων* sive de originibus CP, eius maior pars verbotenus descripta est ex Hesychio Milesio, reliqua vero ex Glycae Annalibus, chronico Alexandrino et alio quodam hactenus non edito, cuius auctor est quidam Iulius Pollux, antiquo illo, qui Commodo imperatori Onomasticum suum dedicavit, aliquot saeculis recentior *). libri vero de statuis prima pars de simulacris deorum gentilium ex Phurnuto desumpta est et ex Ioannis Lydi

*) editus nunc ab Hardtio.

Philadelphiensis libro nondum edito de Mensibus *), unde etiam Suidas hausit eadem. altera autem pars, quae tractat *περὶ στηλῶν καὶ θεαμάτων*, quod est, ut ego interpretor, de statuis aliisque rebus spectatu dignis Cpoli, ea tota verbotenus descripta est ex antiqui anonymi auctoris collectaneis antiquitatum Cpoleos, quae inscripsit *παραστάσεις συντόμους χρονικάς*, et compilavit ex Theodoro lectore, Papia, Eusebio, Socrate, Marcello lectore et compluribus aliis. haec vero collectanea nunc primum ex antiquissimo codice bibliothecae Regiae in lucem prodeunt, qui, ut omnes, quotquot eum viderunt, testantur, ad minimum ante quadringentos annos scriptus fuit. est autem inter codices eius bibliothecae numero millesimus vigesimus septimus **). quisquis igitur auctor est illorum collectaneorum, ducentis saltem vel trecentis annis Codino est antiquior. ex iisdem quoque collectaneis libri *περὶ κτισμάτων* satis magna pars excerpta est: caetera desumpta sunt ex Ioanne Antiocheno, Panodoro Aegyptio et aliis, qui in eo libro citantur. totus denique catalogus imperatorum Cpoleos usque ad imperium primi Alexii Comneni, auctoris est multo antiquioris Codino; quippe qui eum catalogum conscripsit sub Manuele Comneno Alexii nepote, ut ipse testatur his verbis: *ὁ κύριος Ἀλέξιος ὁ Κομνηνός, ὁ πάππος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως.* reliqua porro catalogi pars, a Theodoro Lascare eius nominis primo usque ad ultimam Cpoleos expugnationem, ab ipso Codino superioribus adiecta est, cum ille, ut principio dixi, aliquantulum illi urbis excidio superstes fuerit.

---

*) Lydi liber cum ab Hasio et Roethero tum hoc ipso historiae Byzantinae corpore editus est. quo tutius omitti potuerunt quae inde de statuis non Cpolitanis sed omnino omnibus erant petita.

**) nobis F. qui cum plerisque locis a Codino parum differret, nec totum nunc transscripsimus et plurimas eius lectiones per annotationem criticam dispersimus, perinde ac Bandurianas copias contraximus: nam quae utilia haberent codices Regii 3058[a] (C) et 3058[b] (D), Colbertinus 3607 (E), ea suis locis apposuimus, cramben totam recoquere non sustinuimus.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΩΝ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΩΝ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Φασὶ μέν τινες Ἀργείους πρώτους τῇ θεᾷ χρησάσῃ P 1
ἔνθα δύο σκύλακες διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν,
ἔνθ᾽ ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν,

πήξασθαι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βορβύζης ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται, ὁ μὲν τῶν ἀρκτώων ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων προρρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς Σεσιμήτρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάττῃ μιγνύμενοι. ἐπεὶ οὖν κατὰ τὴν εἱμαρ-

1 Scribe, sicut legitur apud Hesychium, τῆς πυθίας χρησάσης. Lambecius. 2 πολιὴν λάπτουσι Hesychius Meursianus p. 43. 3 βόσκονται ἐς Hes. 5 βορβύσης Hes. et hoc loco et infra. 6 σεμέστρης Hes.

GEORGII CODINI

EXCERPTA

EX LIBRO CHRONICO

DE ORIGINIBUS CONSTANTINOPOLITANIS.

Ferunt Argivos primum oraculo Pythiae monitos,
hic ubi miscentur madido duo flumina ponto,
cervus ubi et piscis vescuntur pabulo eodem,

suas fixisse sedes eo in loco in quo Cydarus et Borbyzes fluvii, quorum alter ab arcto alter ab occasu venit, apud aram Sesimetrae nymphae mari miscentur. cum igitur fato eo delati sacrificio indigenis diis

μένην ἀφίκοντο καὶ θυσίαν τοῖς ἐγχωρίοις ἐξιλάσκοντο δαίμοσι,
B κόραξ τῆς ἱερουργίας ὑφαρπάσας βραχὺ μέρος εἰς ἕτερον μετέθηκε τόπον, ὃς ἔχει τὴν Βοσπόρου προσηγορίαν, βουκόλου τὴν τοῦ ὄρνιθος ὑποδείξαντος πτῆσιν, ἀφ' οὗπερ καὶ Βουκολία ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐκλήθη. ἕτεροι δὲ τοὺς Μεγαρέας ἱστόρησαν, ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατάγοντας, εἴσπλουν ἐν αὐτῷ ποιησαμένους τῷ τόπῳ ὑφ' ἡγεμόνι Βύζαντι, οὗπερ τὴν προσηγορίαν μυθεύουσι
P 2 τῇ πόλει προσγραφῆναι. οἱ μὲν οὖν διαφόροις ἐχρήσαντο λόγοις, ἡμεῖς δὲ πιθανὴν τὴν ἱστορίαν τοῖς θέλουσι παραδώσομεν, ἐκ τῆς Ἰνάχου θυγατρὸς Ἰοῦς τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι. Ἰνάχου γὰρ τοῦ Ἀργείων βασιλέως γέγονε θυγάτηρ Ἰώ. ταύτης δὲ τὴν παρθενίαν ἐφύλαττεν Ἄργος, ὃν πολυόμματον λέγουσιν. ἐπεὶ δὲ Ζεὺς ἐρασθεὶς τῆς κόρης πείθει τὸν Ἑρμῆν δολοφονῆσαι τὸν Ἄργον, λυθείσης αὐτῇ τῆς παρθενίας ὑπὸ Διὸς εἰς βοῦν μετετράπετο. Ἥρα δὲ χολωθεῖσα τῷ γενομένῳ οἶστρον ἐπιπέμπει τῇ δαμάλει, καὶ διὰ πάσης ἐλαύνει τῆς ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν Θρᾳκῶν ἀφίκετο χώραν, ὄνομα μὲν τῷ τόπῳ κατέ-
B λιπε Βόσπορον, αὐτὴ δὲ πρὸς τὸ καλούμενον κέρας ἐπανελθοῦσα, καθ' ὃ Κύδαρός τε καὶ Βορβύζης συμμίγνυνται, τοῖς ἐνοικοῦσι προθεσπίζουσα τὰ ἐσόμενα, τὴν λεγομένην Κερόεσσαν ἀπεκύησεν, ἐξ ἧς καὶ Κέρας ὁ τόπος ὠνόμασται. ἄλλοι δὲ μάλιστα τῇ θέσει

1 scribe θυσίαις τοὺς ἐγχωρίους ἐξιλάσκοντο δαίμονας. sic infra τοὺς πατρῴους inquit ἐξιλασκόμενος δαίμονας. L (i. e. Lambecius). 2 ἱέραξ Hes. 4 ἐπιδείξαντος Hes. 5 τοὺς om Hes. 6 νήσου Hes. 8 προστεθῆναι Hes., προσγράφειν ante L. 9 supple ex Hesychio τοῖς τυγχάνειν θέλουσι. L. 14 μεταβάλλεται Hes. 20 προθεσπίζοντες Hes. 21 μᾶλλον Hes.

litarent, corvus particulam victimae subreptam alium in locum deportavit, qui Bosporus cognominatur, pastore volatum avis indicante, unde et Bucolia locus ille vocatus est. alii vero memoriae prodiderunt Megarenses, a Niso genus ducentes, illic appulisse duce Byzante, a quo etiam urbi nomen inditum esse volunt. illi igitur diverse hac de re narrant: nos vero historiam cognoscere cupientibus, quod vero simile est, commemorabimus, ab Io Inachi filia initium facientes. Inachi enim Argivorum regis filia fuit Io: huius virginitatem custodiebat Argus, quem multoculum fuisse aiunt. ast uti Iupiter puellae amore captus Mercurio auctor fuit ut dolo Argum occideret, ipsam imminuta virginitate in vaccam mutavit. quamobrem indignabunda Iuno oestro iuvencam stimulavit et per omnes terrarum marisque tractus circumegit. at ubi in Thraciam pervenit, Bospori nomen ei loco reliquit. inde progressa est ad Cydari et Borbyzae confluentes, eiusque loci multa incolis futura praedixit, atque Ceroessam peperit, a qua locus iste Ceras nuncupatur.

τοῦ χωρίου τὸ ὄνομα προστιθέασιν· οἱ δὲ τῇ τῶν καρπῶν εὐφορίᾳ τὸ τῆς Ἀμαλθείας αἰγὸς κέρας προσαγορεύουσιν. ἡ τοίνυν Κερόεσσα τραφεῖσα καὶ παραδόξῳ μορφῇ λαμπρυνθεῖσα πολὺ τὰς Θρᾳκίας ὑπερέβαλλε παρθένους. τῷ δὲ θαλαττίῳ μιγεῖσα Ποσειδῶνι τίκτει τὸν καλούμενον Βύζαντα, τὸ ὄνομα λαβόντα ἐκ τῆς θρεψάσης αὐτὸν κατὰ τὴν Θρᾴκην νύμφης Βυζίης, ἧς μέχρι καὶ νῦν οἱ πολῖται τῶν ὑδάτων ἀρύονται. ὡς οὖν ἐπὶ τῆς ἀκμῆς τῆς ἡλικίας ὁ νέος ἔβαινε καὶ τοῖς Θρᾳκίοις ἐνδιέτριβεν ὄρεσι, φοβερὸς πρὸς τοὺς θῆρας καὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενος, πρε- C σβείας ἐδέχετο ὑπὸ τῶν τοιούτων, σύμμαχος αὐτοῖς εἶναι καὶ φίλος προτρεπόμενος. ὡς οὖν καὶ Μελίας ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς αὐτὸν ἐπὶ τὸν τοῦ θηρὸς ἆθλον μετεπέμψατο, καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ δόξας ὁ Βύζας ἀπηνέγκατο, τὸν ὑποταγέντα ταῦρον τῇ ἱερουργίᾳ προσφέρων καὶ τοὺς πατρῴους ἐξιλασκόμενος δαίμονας κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων ποταμῶν σύμμιξιν, ἀετὸς ἀθρόως φανεὶς τὴν καρδίαν ὑφαρπάζει τοῦ θύματος, καὶ κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἀκτῆς ἀποπτὰς ἔστη ἄντικρυς τῆς Χρυσοπόλεως, ἣν Χρύσης ὁ παῖς ἐκ Χρυσηίδος γεγονὼς καὶ Ἀγαμέμνονος, φεύγων τῆς Κλυταιμνήστρας ἐπιβουλὴν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀναίρεσιν, D καὶ πρὸς τὴν τῆς Ἰφιγενείας ζήτησιν ἐπειγόμενος, μνῆμα τῆς ἑαυτοῦ ταφῆς, τοῖς ἐγχωρίοις τὸ ὄνομα τοῦτο κατέλιπε, φθασάσης αὐτὸν ἐκεῖ τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. ὁ μὲν οὖν Βύζας κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Βοσπορίας ἁλὸς διέγραψε πόλιν· Ποσειδῶ-

7 τὴν ἀκμὴν Hes. 8 προέβαινε Hes. 10 ἀπὸ? an παρὰ? 10 τοπαρχούντων Hes. 13 ὑπαγέντα apud L: correctum ex Hes. 18 καὶ om Hes.

alii nominis causam ad situm loci potius referunt: alii ob fructuum abundantiam Amaltheae caprae cornu appellant. at Ceroessa adulta, et incredibili pulchritudine caeteras omnes Thraciae virgines longe antecellens, ex congressu Neptuni Byzantèm peperit, ita nominatum a nympha Byze, quae illum in Thracia enutriverat; cuius aquas ad hoc usque tempus cives hauriunt. hic igitur iuvenis ubi ad aetatis florem pervenit, cum moraretur in Thraciae montibus feris et barbaris iuxta metuendus, per legatos a loci dominis ad amicitiam societatemque invitatus est. cumque eum Melias Thraciae rex ad ferae certamen ablegaret, et victor inde cum gloria reversus Byzas devictum taurum diis patriis offerret ad fluminum illorum quae dixi concursum, apparens derepente aquila victimae cor abripuit et ad extremum Bospori littus avolans substitit e regione Chrysopoleos, quam Chryses Agamemnonis e Chryseide filius, post necem patris Clytemnestrae insidias fugiens et Iphigeniae quaerendae intentus, sepulcri sui monumentum indigenis reliquit, cum mors illic eum occupasset. caeterum Byzas in extremitate Bosporii maris urbem designavit, et Neptuno Apollineque, ut fertur;

νος δὲ καὶ Ἀπόλλωνος, ὥς φασί, συνεργούντων ἀνῳκοδόμει τὰ τείχη, λόγου τε παντὸς κρείττονα μηχανώμενος. τοὺς γὰρ ἐν αὐτῇ πύργους ἑπτὰ ὄντας ἀντιφθέγγεσθαί τε καὶ διηχεῖν ἀλλήλοις συνήρμοζεν· εἴ ποτε γὰρ σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα τοῖς πύργοις ἐπεφοίτα, ἕτερος ἐξ ἑτέρου τὸν ἦχον μετεδίδου, καὶ τῷ πρὸς τὸ πέρας κειμένῳ παρέπεμπον. ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλο τι τοῖς ταῦτα
P 3 *συγγράψασιν εἰρημένον οὐ παραλείψομεν· τὸν γὰρ Ἡρακλέους πύργον ἱστάμενον ἐντὸς τοῦ τείχους τὰ τῶν πολεμίων μεταδιδόναι μυστήρια λόγος ἦν. μετὰ δὲ τὴν τοῦ τείχους στεφάνην καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν ἀπειργάζετο. Ῥέας μὲν κατὰ τὸν τῆς βασιλικῆς λεγόμενον τόπον νεών τε καὶ ἄγαλμα καθιδρύσατο, ὅπερ Τύχαιον τοῖς πολίταις τετίμητο, Ποσειδῶνος δὲ τέμενος πρὸς τῇ θαλάσσῃ ἀνήγειρεν, ἔνθα νῦν ὁ τοῦ μάρτυρος Μηνᾶ οἶκος διακεκόσμηται, Ἑκάτης δὲ κατὰ τὸν νῦν τοῦ ἱπποδρομίου τόπον, τῶν δὲ Διοσκούρων Κάστορός τε καὶ Πολυδεύκους ἐν τῇ τῶν ποταμῶν μίξει, ἐν ᾗ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο. ἐγγὺς δὲ τοῦ καλουμένου Στρατηγίου Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως βωμοὺς ἀνέθηκεν, ἔνθα καὶ νῦν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως χρη-*
B *ματίζει λουτρόν. Ἀμφιάρεω δὲ τοῦ ἱερέως ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησε ναόν, αἳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων ἐδέξαντο. ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ποσειδῶνος ἱεροῦ τὸ τῆς Ἀφροδίτης προσαγορεύεται τέμενος, Ἀρτέμιδος δὲ καὶ Ἀθηνᾶς πρὸς τὸ τῆς Ἀφροδίτης ὄρος.*

8 *ἱστάμενον ἐντὸς*] *τοῖς ἐντὸς οὖσι* Hes. 9 *λόγος ἦν*] *λέγουσιν* Hes. 12 *Τύχαιον* Hes. *τείχειον* vulgo. *τε* apud L. 19 *ἥρωος* Hes. 23 *Ἀφροδίτης*] *θράκης* Hes.

adiuvantibus moenia omni praedicatione excellentiora exstruxit. septem enim turres ita coaptavit ut loqui inter se et responsare viderentur: quippe si tubae aut alius aliquis sonus turres illas percuteret, altera alteri sonum ad ultimam usque transmittebant. est et aliud quod ab harum rerum scriptoribus memoriae proditum minime silentio praeteribimus: turrim scilicet, quae Herculis nuncupatur, hostium arcana civibus prodere solitam narrant. absoluto muri ambitu delubra quoque condidit; et Rheae quidem templum et simulacrum in loco nuncupato Basilicae erexit, quod etiam ut Fortunae fanum a civibus colebatur. Neptuni quoque templum iuxta mare exstruxit, ubi nunc Menae martyris aedes est; Hecates autem, ubi Hippodromus, Dioscurorum Castoris et Pollucis ad fluminum confluentes, in quo etiam a morbis homines liberabantur. prope Strategium Aiaci et Achilli aras erexit, ubi etiamnunc thermae cognomento Achilleae sunt. praeterea Amphiarao vati in regione Sycaena, quae a ficubus nomen habet, aedem dedicavit; et aliam Veneri paulo supra Neptuni fanum, Dianae vero et Minervae ad montem Veneris.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ διῳκήσατο πόλιν, ἐχρῆν λοιπὸν τοὺς ἐπιόντας αὐτῷ ἀπωθῆσαι βαρβάρους, καὶ μάλιστα τὸν Αἵμονα, ὃς τύραννος Θρᾴκης ὢν καὶ πρὸς αὐτὴν ἧκε τὴν τοῦ Βύζαντος πόλιν, αὐτόν τε τὸν ἥρωα προκαλούμενος εἰς μάχην καὶ διαπορθεῖν ἅπαντα προθυμούμενος· οὐχ ὑπομείνας τὴν ἔφοδον τοῦ βαρβάρου μόνος πρὸς μόνον διαγωνίζεται, καὶ καταβάλλει τὸν Αἵμονα ἐπὶ τὸν ὁμώνυμον αὐτοῦ λόφον. ὁ μὲν οὖν Βύζας μετὰ τὴν εἰρημένην νίκην ὡς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην ἤλαυνε τοὺς C πολεμίους· Χρύσης δὲ ὁ τῶν Σκυθῶν βασιλεὺς περαιωθεὶς τὸν Ἴστρον καὶ πρὸς αὐτὸν διελθὼν ἐπολιόρκει τὰ τῆς πόλεως τείχη. πρὸς ὃν ἡ τοῦ Βύζαντος γυνή, μηδὲν καταλογισαμένη τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, τῇ γυναικείᾳ χειρὶ χρησαμένη διηγωνίζετο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ· οὓς γὰρ κατὰ τὴν πόλιν ὄφεις εἰς ἓν τῶν χωρίων συλλαβοῦσα ἐφρούρει, ἀθρόως τοῖς ἐναντίοις ἐπιφανεῖσα, καὶ δίκην βελῶν ἀκοντίων ἔπεμπε τὰ θηρία, καὶ πλείστους καταλυμηναμένη τούτῳ τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν. ἐντεῦθεν τοίνυν ἀρχαῖος μῦθος φέρεται, μὴ δεῖν τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ἁλισκομένους ὄφεις ἀπολλύειν, οἷα εὐεργέτας αὐτῆς γενομένους. D

Οὐ μετὰ πολὺν χρόνον Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα, καὶ αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθείς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν. ἐκινεῖτο τοίνυν ἅπαντα τὰ Σκυθικὰ γένη,

2 ἀπωθεῖσθαι Hes. 3 Αἷμον Hes. neque aliter infra. 4 τε Hes. pro δέ. προσκαλούμενος vulgo. 5 οὐχ] οὗ? an ὅτε? 6 μόνος Hes. ceteri Αἵμονος. 9 Ὀδρύσης Hes. Κροῖσος codices aliquot. 10 αὐτὰ διελθὼν τὰ τῆς πόλεως τείχη ἐπολιόρκει τοὺς ἔνδον Hes. 12 παλαμναίων Vat. 13 ὡς γὰρ τοὺς κατὰ Hes. 14 ἕν τι χωρίον Hes.

Urbe sic constituta supererat ut incurrentes barbaros submoveret, et imprimis Haemum Thraciae tyrannum, qui ad Byzantis urbem progressus ipsoque heroe ad pugnam provocato cuncta vastare decreverat. caeterum Byzas, non exspectato adventu barbari, singulari certamine eum adortus in monte cognomine prostravit. post hanc victoriam cum hostes in Thraciam usque Byzas persequeretur, Scytharum rex Odryses traiecto Istro ad ipsa moenia progressus urbem obsedit, cum quo Byzantis uxor, hostium multitudine imperterrita, muliebri manu decertavit, serpentum auxilio barbarum circumveniens: angues enim quos in urbe uno in loco collectos asservabat, eos subito in hostes sagittarum et iaculorum instar immisit, et plurimis hoc modo interfectis urbem servavit. atque hinc fluxit antiqua illa fabula, nefas esse quenquam serpentes in urbe captos, quippe qui ei saluti fuerint, occidere.

Non longo post tempore Strombus quidam, et ipse Ceroessa genitus, numeroso exercitu adducto bellum Byzanti intulit. universa itaque

συνέτρεχον δὲ καὶ οἱ τῆς Ἑλλάδος κρατοῦντες καὶ Ῥοδίων οὐκ εὐκαταφρόνητος δύναμις ὅ τε τῆς γείτονος Χαλκηδόνος τοπάρχης Δıναιός, ἐκ Μεγάρων ἄποικος ἐκεῖσε γενόμενος ιθ' ἔτεσιν ἔμπροσθεν τῆς Βύζαντος αὐταρχίας. Χαλκηδὼν δὲ ὠνόμασται τὸ χωρίον, ὡς μέν τινές φασιν, ἀπὸ τοῦ Χαλκηδόνος ποταμοῦ, ὡς δὲ ἕτεροι, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κάλχαντος τοῦ μάντεως, ὕστερον τοῦ Τρωικοῦ πολέμου γενομένου. ἄλλοι δὲ ἀπὸ Χαλκίδος πόλεως
P 4 τῆς Εὐβοίας ἀποίκων ἐκεῖσε παραπεμφθέντων, οὓς δὴ καὶ τυφλοὺς ἐκάλεσαν, παρεωρακότας τὸ Βυζάντιον. ὡς δὲ οὖν σὺν πλείοσι ναυσὶν ὁ Δıναιὸς εἰς συμμαχίαν ἧκε τοῦ Βύζαντος, μὴ δυνηθεὶς προσορμῆσαι τῇ πόλει, ἄρτι τοῦ βασιλέως αὐτῶν Βύζαντος μεταλλάξαντος καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἐν ἀγωνίᾳ τυγχάνοντος, πρὸς τὸν καλούμενον Ἀνάπλουν ἀφίκετο, ἔνθα καὶ διατρίψας Ἑστίαν τὸν τόπον ὠνόμασε. μικρόν γε μὴν ὕστερον διαβὰς ἐν τῇ πόλει καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος δεύτερον αὐτὸς ἐστρατήγησε τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων. καθ' οὓς χρόνους καὶ δρακόντων πλεῖστα γένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτῇ διέφθειρεν· οὓς δὴ τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ἐπιφορᾷ
B διεχειρίσαντο, Ποσειδῶνος αὐτοῖς, ὥς φασί, συνεργήσαντος. οὐ μετὰ πολὺ δὲ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων καὶ θάνατον ἔτι ἐπαγόντων, τούς τε ἁλισκομένους ὄφεις πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων δεξαμενὰς ἀκοντιζόντων, καὶ τοῖς γε πολίταις ἐν ταῖς λεωφόροις ἀφανῶς ἐφαλλομένων, ἐν ἀφασίᾳ διετέλουν. ἀνὴρ

3 δίνεως Hes. μεγαραίων Vat. 4 ἐπαρχίας alii. 19 διεχρήσαντο Vat. 20 θανάτων αἰτίαν ἐπ. Hes. 23 ἐπιβαλλόντων Hes.

Scythica natio commota est: praestantissimi etiam Graecorum et Rhodiorum non contemnendae copiae convenerunt, unaque vicinae Chalcedonis dominus Dinaeus, qui deducta Megaris colonia novendecim annis ante Byzantis principatum sedem illic sibi elegerat. Chalcedon autem appellata est, ut quidam volunt, a fluvio Chalcedone, sive ut alii, a Calchantis vatis filio, qui post Troianum bellum vixit: alii vero a Chalcide Euboeae urbe, unde missi illo coloni, quos et caecos appellarunt, quod solum Byzantii non animadvertissent. caeterum Dinaeus cum magna classe suppetiatum Byzanti veniens, cum ad urbem appellere non posset Byzante eius rege paulo ante defuncto et universo populo ea re perturbato, ad Anaplum, ut vocant, pervenit, ibique commoratus Hestias loco nomen dedit. nec multo post urbem ingressus est, et barbaris profligatis ipse secundus Byzantiorum praeturam gessit. hac tempestate varia serpentum genera urbem infestabant et perniciem civibus afferebant, quos Neptuni ope, ut aiunt, ciconiarum superventu interfecerunt. paulo post cum aves inimicum animum induissent, serpentesque quos ceperant in cisternas proiicerent, et cives in plateis publicis

δέ τις τῶν ἐκ Τυάνων τοὔνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργούς, ἀντιπροσώπως ὁρῶντας ἀλλήλους, οἳ καὶ μέχρι τοῦ νῦν διαμένουσιν, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος.

Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις τοῦ στρατηγοῦ Διναιοῦ τὸν βίον μεταλλάξαντος, Λέων τις τῶν Βυζαντίων τὴν ἀριστοκρατίαν ἐδέξατο, ἐφ᾿ οὗ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεύς, Ἀμύντου παῖς γεγονώς, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, C *διώρυξί τε καὶ πολεμικαῖς μηχαναῖς τοῖς τείχεσι προσπελάζων· καὶ ταύτην ἂν εἷλε ῥᾳδίως νυκτὸς ἐπιλαβόμενος ἀσελήνου, καὶ ὄμβρου καταρραγέντος ἐξαισίου, εἰ μή τις αὐτοῖς τοῦ θείου γέγονε συμμαχία, τοὺς κατὰ τὴν πόλιν πρὸς ὑλακὴν ἀναστήσαντος κύνας, καὶ νεφέλας πυρὸς τοῖς ἀρκτώοις ἐπάγοντος τόποις· ἐξ οὗπερ οἱ δῆμοι ἐπεγερθέντες ἤδη τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Φιλίππῳ γενομένην ἐρρύσαντο, ἀναλαβόντες τοὺς διαφθαρέντας πύργους τοῖς ἐκ τῶν τάφων παρακειμένοις λίθοις, καὶ ἀνοικοδομήσαντες τὰς ἐπάλξεις τοῦ τείχους, οὗ δὴ χάριν τὸ τεῖχος τυμβοσύνην ἐκάλεσαν, λαμ-* D *παδηφόρον Ἑκάτης ἀναστήσαντες ἄγαλμα. αὖθις δὲ πρὸς ναυμαχίαν τραπέντες περιφανῶς τοὺς Μακεδόνας ἐνίκησαν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαλυθέντος τοῦ πολέμου Φίλιππος παραχωρεῖ Βυζαντίοις.*

Ἐπεὶ δὲ καὶ Λέων τὸν βίον μετήλλαξεν, ὁ τῶν Ἀθηναίων

2 *ἀντιπροσώπως* Hes. pro *ἔν τε προσώποις*. 5 *δίνεω* Hes. 13 *πυρὸς τοῖς ἀρκτώοις — τόποις* Hes. pro *πρὸς τοὺς ἀρκτώους — τόπους*. 18 *ναυμαχίας* Hes.

adorirentur, stupore perculsi erant: sed vir quidam Tyaneus Apollonius nomine, tres ciconias ex lapide albo obversa facie se mutuo aspicientes erexit, quae ad hoc usque tempus durant neque ciconias in urbem venire permittunt.

Post haec Dinaeo praefecto mortuo Leo quidam Byzantii summum magistratum suscepit, sub quo Philippus Macedonum rex, Amyntae filius, magnis copiis admotis urbem obsedit, et cuniculis aliisque machinis bellicis muros aggressus est. et sane facile eam expugnasset nocte illuni et immensa pluvia adiuvantibus, nisi quis deus tulisset opem, et canes per urbem ad latratum excitasset, nubesque lucidas ad septentrionem produxisset. ea re suscitati cives urbem iam fere a Philippo captam conservarunt, turresque et murorum propugnacula labefactata ex lapidibus sepulcralibus restaurarunt. eius rei gratia illum murum cognominarunt sepulcretum, erecta simul lampadifera Hecates statua. postea vero ad pugnam navalem reversi illustri clade Macedones affecerunt; quamobrem Philippus bello ita finito Byzantiis cessit.

Postquam autem Leo quoque excessit e vita, Atheniensium imperator

στρατηγὸς Χάρης, σὺν ναυσὶ μ' εἰς συμμαχίαν Βυζαντίων ἐλθὼν πρὸς τὸν κατὰ Φιλίππου πόλεμον, κατέλαβε τὴν ἄκραν τῆς Προποντίδος, ἥ τις μεταξὺ κεῖται Χαλκηδόνος καὶ Χρυσοπόλεως, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ προσορμίσας ἀπόπειραν ἐλάμβανε τοῦ πολέμου. ἔνθα καὶ τὴν γυναῖκα συνεπομένην ἔχων αὐτῷ, νόσῳ βληθεῖσαν ἀποβαλὼν ἐν τάφῳ κατέθηκεν, ἀναστήσας αὐτῇ βωμὸν καὶ κίονα, ἐν ᾧ δάμαλις δείκνυται ἐκ ξεστοῦ λίθου. οὕτω γὰρ
P 5 τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκλητο ἐκείνη ἡ γυνὴ τοῦ Χάρητος, ὅ περ καὶ διὰ τῶν ἐγγεγραμμένων ἐκεῖσε στίχων ἀριδήλως ἐμφαίνεται, μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς διασωζομένων χρόνων. εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι οὗτοι.

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
κλῄζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος.
κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρας
ἐς Φάρον· ἥδε δ' ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς.
εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος, ἔπλων δ' ὅτε πλῶεν ἐκεῖνος
τῇδε Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
βοίδιον δ' ἤκουον ἐγὼ τότε· νῦν δὲ Χάρητος
B εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέροις.

Τοῦ δὲ Χάρητος εἰς Ἀθήνας ἐκπλεύσαντος Πρωτόμαχος τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν διαδέχεται, ὃς τοὺς ἐπαναστάντας Θρᾷκας καταδουλωσάμενος τοῖς ὅπλοις ἐν τῷ καλουμένῳ Μιλίῳ τόπῳ τῆς πόλεως χάλκεα ἀνέστησε τρόπαια. κατοιχομένου δὲ καὶ τού-

14 ἥδε] ἡ vulgo. 17 βοίδιον οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ Hes.

Chares cum quadraginta navibus in auxilium Byzantiorum profectus ad bellum contra Philippum occupavit promontorium Propontidis, quod inter Chalcedonem et Chrysopolim situm est, ibique periculum belli subiit. in eodem loco coniugem, expeditionis comitem, morbo exstinctam sepulturae tradidit, et aram ei posuit cum columna, in qua damalis seu iuvenca conspicitur ex lapide polito: hoc enim nomine nuncupata fuerat Charetis illa uxor, ut liquet ex adscriptis hisce versibus, qui adhuc supersunt.

Inachiae non sum signum bovis, haudque vocatur
a me adversum illud Bosporium pelagus.
hanc etenim prius ira gravis Iunonis abegit
usque Pharum: sed ego mortua sum Cecropis.
atque Charetis eram coniux, illumque sequebar
nempe Philippeis navibus oppositum.
bucula dicta fui: coniunx nunc grata Charetis
terrarum gemino laetor utroque solo.

Cum vero Chares Athenas navigasset, Protomachus praeturam excepit, qui cum obturbantes Thracas armis subiugasset, aerea tropaea eo in urbis loco qui Miliarium dicitur statuit. hoc etiam mortuo Timesius

του, Τιμήσιος ἀνὴρ τῶν ἐν Ἀργείοις γραφέντων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν Εὔξεινον πόντον πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ (ἔνθα ποτὲ Ἐφέσιοι ἀποικίας πέμψαντες καὶ πόλιν οἰκοδομεῖν πειραθέντες αὖθις τοῦ Βυζαντίου ὑπήκουσαν λόγου·

ὄλβιοι οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν,
ἀκτὴν Θρηϊκίην τ' ἔνυγρον παρά τε στόμα Πόντου, C
ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν)

ἀντικαταστῆσαι πόλιν ἐπιχειρήσας καὶ διαμαρτὼν τῆς ἐλπίδος συνοικίζεται Βυζαντίοις, καὶ στρατηγὸς ἀναδειχθεὶς τοῦ παντὸς δήμου πᾶσαν ὁμοῦ τὴν πόλιν εἰς τὸ μεῖζον καὶ περιφανέστερον μετερρύθμισε, νόμους περὶ τῶν καθ' ἡμέραν συμβολαίων τιθέμενος, καὶ ἔθη καθιστὰς πολιτικὰ δι' ὧν ἀστείους τε καὶ φιλανθρώπους τοὺς πολίτας ἀνέδειξεν. ἱερά τε θεῶν πλεῖστα τὰ μὲν αὐτὸς ἀνεστήσατο, τὰ δὲ καὶ πρὶν ὄντα διεκόσμησε· τὸν γὰρ πρὸς τῇ ἄκρᾳ τῆς Προποντίδος θαλάσσης κείμενον ναόν, ὃν D Ἰάσων ποτὲ τοῖς δώδεκα θεοῖς καθίδρυσε, κατηρειπωμένον ἀνήγειρε, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ Φρίξῳ λεγομένῳ λιμένι Ἀρτέμιδος οἶκον ἀνεκαίνισε. ἐπὶ δὲ τούτῳ Καλλιάδης στρατηγήσας τοῦ Βυζαντίου, ἄριστά τε πρὸς τοὺς ὀθνείους καὶ ἐμφυλίους πολέμους ἀγωνισάμενος, τὸ περιβόητον καὶ θαυμαστὸν τοῦ Βύζαντος

1 γραφέντων Hes. 4 λογίου Hes. 7 μάρπτουσι Hes. 16 ποντικῆς Hes. 18 Φρίξου Hes. 19 στρατηγῶν Hes., στρατηγὸς Vat.

quidam Argivorum civitati adscriptus primum ad pontum Euxinum, in loco nuncupato Ephesiate (ubi quondam Ephesii, colonis eo deductis, urbem aedificare conati secundo Byzantinum oraculum audiverunt:

felices, sacram qui Ponti in faucibus urbem
Threicioque sitam condent in littore cives,
hic ubi caeruleum lambunt duo flumina pontum,
piscis ubi cervusque cibo vescuntur eodem),

urbem ex adversum condere incipiens, cum spe excidisset, ad Byzantios se contulit, universique populi imperator designatus totam civitatem maiorem splendidioremque reddidit. leges etiam de quotidianis commerciis promulgavit, et consuetudines instituit civiles, quibus elegantes ac humanos cives effecit; ad haec fana deorum plurima partim ipse exstruxit, partim prius exstructa adornavit. nam templum in promontorio Propontidis positum, quod Iason olim duodecim diis dedicaverat, dirutum restauravit, et in portu Phrixi Dianae aedem renovavit. post hunc Calliades Byzantii dux, in externis et civilibus bellis strenuus,

ἄγαλμα κατὰ τὴν λεγομένην Βασιλικὴν ἀνέθηκε, καὶ ἐπέγραψεν οὕτως·

τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν
κίονι κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀριστοκρατουμένων τῶν Βυζαντίων, ἔτι δὲ καὶ τυραννουμένων κατὰ διαφόρους συμβέβηκε χρόνους· ὡς P 6 δὲ τῇ τῶν ὑπάτων ἐπιστατείᾳ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ πάσας ὑπερεβάλλετο τὰς δυναστείας, κατεδούλωσε δὲ καὶ Ἕλληνας, εἰκότως αὐτῇ καὶ Βυζάντιοι πειθόμενοι διετέλουν. ἐπεὶ δὲ μετά τινας χρόνους Σεβήρου τῆς Ῥώμης βασιλεύοντος αὐτοὶ τὴν τοῦ τυραννήσαντος τῶν ἑώων Νίγρου προτιμήσαντες ἐλπίδα εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἐτόλμησαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἀφαιρεθέντες τῶν πολιτικῶν δικαίων, καὶ τῆς στεφάνης αὐτῆς τοῦ τείχους καταλυθείσης, Περινθίοις ἐτάχθησαν δουλεύειν τοῖς καλουμένοις Ἡρακλεώταις. παυσαμένης δὲ τῆς ὀργῆς τοῦ Σεβήρου αὖθις τοῦτον ἔσχον εἰς βασιλέα, ὃς καὶ εἰς μείζονα καὶ περιφανῆ κόσμον ἐπανήγαγε τὸ B Βυζάντιον. λουτρὸν μὲν μέγιστον κατὰ τὸν τοῦ ἱππίου Διὸς βωμόν, ἤτοι τὸ Ἡρακλέους καλούμενον ἄλσος, ἀνήγειρεν, ἔνθα δὴ καὶ τὰς Διομήδους δαμάσαντες ἵππους Ζεύξιππον τὸν τόπον ὠνόμασαν. καὶ τὸν αὐτοῦ πλησιάζοντα χῶρον τοῦ ἱπποδρομίου, τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακειμένον κούροις, ἰκρίοις τε καὶ στοαῖς διεκόσμησεν, ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες δηλοῦσι τὰ τῶν ἐφόρων

4 κίονι] εἰν ἐνὶ Hes. ἐνθάδε cod. Vallicellanus. 7 ἐπιστρατείᾳ vulgo. 13 αὐτοῖς Hes. 14 προσετάχθησαν Hes.

celebre illud et admirandum Byzantis simulacrum in Basilica consecravit, cum hac inscriptione

magnanimum Byzantem cum grata Phidalaea,
erexit iunctis Calliades statuis.

Et haec quidem Byzantiis partim sub optimatum partim sub tyrannorum imperio diversis temporibus acciderunt. caeterum postquam consulari virtute Romanum imperium reliquas omnes potestates superaverat, redacta iam in servitutem Graecia merito se quoque illi submiserunt Byzantii. aliquanto tamen post, Severo Romanis imperante, Nigri Orientis tyranni partes secuti cum imperatore manus conserere ausi sunt; quamobrem iure civitatis multati, moenibusque urbis funditus eversis, Perinthiorum cognomento Heracliensium servitio addicti sunt. sed sedata mox Severi indignatione rursus eidem paruerunt imperatori; qui etiam maioribus atque illustrioribus ornamentis Byzantium restituit. nam balneum exstruxit amplissimum iuxta Iovis equestris aram, et lucum Herculis, qui domitis ibi Diomedis equis Zeuxippi nomen loco dedisse creditur. item vicinum Hippodromum, Dioscuris sacrum, tabulatis et porticibus exornavit, ubi usque nunc metae deorum praesidum indi-

γνωρίσματα διὰ τῶν ἐπικειμένων ᾠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις. καὶ μέχρι μὲν οὗ περιῆν ὁ Σεβῆρος, ἀπὸ τούτου παιδὸς Ἀντωνίνου Ἀντωνινία ἡ πόλις κατωνομάζετο· ἀπὸ δὲ τοῦ Βύζαντος μέχρι τοῦ Σεβήρου ἔτη διῆλθον ἑξακόσια ὀγδοήκοντα πέντε.

Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον, καὶ διηγητέον ὅπως Σεβῆρος C τοῦ Βυζαντίου ἐκράτησεν. ἀναστὰς ἐκ Ῥώμης Σεβῆρος κατείληφε τὸ Βυζάντιον, κρατοῦντος τότε αὐτοῦ Νίγρου τοῦ υἱοῦ Τιμησίου· καὶ εἰρηνικὰς σπονδὰς μετὰ Νίγρου ποιήσας εἰσῆλθε μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον. ἐπεὶ δὲ οἱ Βυζάντιοι ὑπὸ Μακεδόνων κακῶς ἐπολιορκοῦντο καὶ ἐλυμαίνοντο, ἐξῆλθεν ὁ Σεβῆρος κατὰ Μακεδόνων, ὑπερμαχῶν Βυζαντίων. μέλλων δὲ ἐξέρχεσθαι τὴν ἰδίαν θυγατέρα τῷ τοῦ Νίγρου υἱῷ εἰς γυναῖκα παρέδωκεν· τὸν γὰρ στρατὸν αὐτοῦ ὁ Σεβῆρος κατέλιπεν ἐν Χρυσοπόλει. ἐν δὲ τῇ τοῦ γάμου εὐωχίᾳ ἔστησαν ἐπὶ τῆς τραπέζης δύο φιλόσοφοί τινες Ῥωμαῖοι, Φόρτων καὶ Μαρκίων καλούμενοι, καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἐσθίοντας Βυζαντίους "ἠγάγομεν D χαρὰν ἀκερδῆ καὶ λύπην ἀζήμιον." προσκαλεσάμενος δὲ Νίγρος τοὺς φιλοσόφους αὐτοῦ ἐποίει ἔρευναν περὶ τοῦ ῥήματος. ἀλλ' οὐδεὶς ἠδυνήθη διερμηνεῦσαι αὐτό. εἷς δέ τις τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ ἀνακειμένων, ἀγχίνους πάνυ, ἤδη γεραιός, ἀναλογισάμενος τὸ ἀπόφθεγμα εἶπεν "τοῦτό ἐστιν ἱππικὸς καὶ ἀγωνιστικὸς ἀγών." τότε ὁ Σεβῆρος πρὸς θεραπείαν τοῦ συμπενθεροῦ αὐτοῦ Νίγρου

4 ὀγδ.] πεντήκοντα Vat. 5 Ἀλλ' — Κωνσταντίνου] haec om Hesychius. 10 ἀπὸ vulgo. 14 ἐπὶ τὴν κάτω μοῖραν τραπέζης ἤγουν τοῦ διαζυγίου Vat. 15 φύρτων Vat., Φρόντων Lambecius.

cia exhibent, ova nimirum aeneis obeliscis imposita. quousque igitur Severus superstes fuit, ab eius filio Antonino urbs Antoninia appellabatur. a Byzante autem usque ad Severum anni 685 elapsi sunt.

Sed revocanda oratio est, et narrandum quomodo Severus Byzantio potitus sit. profectus Roma Severus Byzantium venit, quod Niger Timesii filius tunc occupaverat; pacisque foedere sancito cum proceribus suis urbem ingressus est. postea vero cum Byzantii gravi Macedonum obsidione premerentur, Severus contra Macedonas egressus pro Byzantiis pugnavit. exiturus vero filiam suam Nigri filio uxorem dedit: exercitum enim suum Severus Chrysopoli reliquerat. cum igitur nuptiae celebrarentur, duo quidam philosophi Romani, quibus Phorton et Marcion nomen erat, mensae astiterunt, Byzantinis epulantibus dicentes "inane gaudium et dolorem indemnem adduximus." quare Niger, vocatis ad se philosophis suis, quid sibi hoc dictum vellet inquisivit. sed nullus interpretari poterat. unus autem ex convivis admodum ingeniosus, iam senex, apophthegma illud considerans, "hoc est" inquit "equestre et gymnicum certamen." tum Severus in honorem affinis sui Nigri duo

ἔκτισε δύο λουτρά, ἔσωθεν μὲν τῆς πόλεως καὶ πλησίον τοῦ παλατίου ἕν, τὸ καλούμενον Ζεύξιππον, ἔξωθεν δὲ τῆς πόλεως τὰ νῦν καλούμενα Καμίνια, λουτρὸν εὐμεγεθὲς καὶ ἀξιοθαύμαστον.
P 7 ἐκ δὲ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μεγέθους αὐτοῦ ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ δύο χιλιάδες ἐλούοντο. ἧπτε δὲ τὸ τοιοῦτον λουτρὸν μετὰ τοῦ Μηδικοῦ πυρός. τὸ δὲ μέχρι τοῦ νῦν σωζόμενον ἱπποδρόμιον ἐκτίσθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου, κήπων ὄντων ἐκεῖσε δύο τινῶν ἀδελφῶν καὶ γυναικὸς χήρας. μέχρι μὲν οὖν τοῦ χαλκοῦ κίονος τοῦ Τετραπλεύρου πεδινὸς ἦν ὁ τόπος, ἀπὸ δὲ τούτου καὶ μέχρι τῆς Σφενδόνης κρημνοῦ ὄντος κίονες εὐμεγέθεις καὶ κτίσματα ἀνηγέρθησαν. ἔνθα δὴ καὶ ἡ ψυχρὰ καλουμένη κινστέρνα ἐστί, διότι πάνυ κρημνώδης ἦν ὁ τόπος. τὸ δὲ ἓν μέρος τῶν βαθμίδων ἀνεπληρώθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου. κατελείφθη δὲ τὸ ἕτερον
B ἀτελὲς διὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν ἀγγελίαν ὅτι Γάλλοι πορθοῦσι τὴν Ῥώμην, καὶ παραγενέσθαι ἐν αὐτῇ. ἧ δῆτα καὶ τελευτᾷ νόσῳ ἐπιληψίας, βασιλεύσας χρόνους δεκαεπτά.

Παρῆλθον δὲ χρόνοι ἑξήκοντα καὶ ἐπέκεινα ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἐν δὲ τῷ τριακοσιοστῷ καὶ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς ἤδη πρὸς τὸ πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος τὴν νέαν ταύτην καὶ περικαλλῆ ἀνέστησε πόλιν, τὴν

15 καὶ παραγενέσθαι] ἀκούσας τοῦτο ὁ Σευῆρος παρεγένετο Vat.
17 Παρῆλθον δὲ] μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτοῦ παρῆλθον Vat.
18 ἐν — ἀνέστησε πόλιν] haec fere Hesychius ab initio, p. 43.

balnea condidit, unum in urbe vicinum palatio, quod Zeuxippus nuncupatur, alterum vero extra urbem, quod nunc Caminia vocatur, balneum magnum et mirabile, adeo ut propter vastam eius magnitudinem duo milia hominum quotidie in eo lavarentur. succendebatur autem hoc balneum igne Medico. caeterum Hippodromus, qui usque huc integer permansit, ab eodem Severo exstructus fuit, cum prius in eo loco essent horti duorum fratrum et cuiusdam viduae. erat quippe ad aeream usque columnam Tetrapleuri planus locus: inde vero usque ad Sphendonen magnas columnas et substructiones erexere, eo quod locus esset valde praeruptus, quam etiam ob causam cisternae quam frigidam vocant destinatus est. unam quidem graduum partem ipse Severus absolvit, alteram autem imperfectam reliquit, quia ipsi nuntiabatur Gallos Romam depopulari; quare statim illo se contulit, ubi etiam morbo comitiali vitam finivit, anno imperii 17.

A morte vero ipsius usque ad imperium Constantini magni anni 60 et ultra elapsi sunt. caeterum 362 anno post Augusti Caesaris principatum, cum Roma vetus eiusque res iam declinare coepissent, Constantinus Constantii filius imperio potitus novam hanc et perpulchram

λεγομένην Κωνσταντίνου. θαυμαστὴν γὰρ προσεργασάμενος τῷ κάλλει πόρρωθεν καὶ τὰ τείχη μετέστειλε κατὰ τοὺς Τρωαδικοὺς ἐμβόλους, λουτρά τε καὶ ἱεροὺς δύο οἴκους μεγάλους ἀνήγειρε, C καὶ ἐν τῷ Στρατηγίῳ λεγομένῳ φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἀπεδέχοντο, ἑαυτὸν ἐπὶ λιθίνης ἀνέγραψε στήλης, καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ κίονος ἀνέστησεν ἄγαλμα, καὶ τὸν τόπον ἐκάλεσεν Αὐγουσταῖον· τοῖς τε συνακολουθήσασιν αὐτῷ ἀπὸ Ῥώμης συγκλητικοῖς ἐφιλοτιμήσατο, οἴκους αὐτοῖς δωρησάμενος, οὓς ἐξ ἰδίων ἐδείματο χρημάτων. ἐπὶ δὲ τούτου καὶ ὁ τῶν ὑδάτων ὁλκὸς προσετέθη τῇ πόλει. ἀνέστησε δὲ καὶ δύο ἁψῖδας πρὸς τὸν καλούμενον φόρον, καὶ ὁ πορφυροῦς καὶ περίβλεπτος κίων ἐφ' οὗπερ ἵδρυται Κωνσταντῖνος, ὃν ὁρῶμεν δίκην ἡλίου τοῖς πολίταις ἐκλάμποντα. τοῦτο γοῦν τὸ ἄγαλμα D κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κίονος, καὶ φόνον τῶν ἐκεῖσε εὑρεθέντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὡσεὶ δέκα εἰργάσατο, κατὰ τὴν πέμπτην δηλαδὴ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἰνδικτιῶνος, τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ καὶ ἑξακοσιοστοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους, εἰκοστὸν ἔτος ἀγούσης τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη, ὅτε γνόφος ἐγένετο καὶ βίαιος νότος ἔπνευσε σφοδρός, τοῦ κομήτου ἀστέρος τοῦ ἀκοντίου κληθέντος τὸν τοιοῦτον τοῦ ἀέρος τάραχον ἐξεργασαμένου, τοῦ φανέν- P 8 τος κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς παρασκευῆς τῆς πρώτης ἑβδομάδος.

1 ἀπεργασαμένος Hes. p. 53. 3 post ἐμβόλους Hesychius: πρότερον αὐτῶν οὐκ ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ βασιλέως κειμένων. δύο om Hes. et Vat. 20 κληθέντος Lambecius pro ὀλυθέντος. 22 post ἑβδομάδος Vallicellanus: καθ' ἣν ἐννάτην εἶχεν ὁ φευρουάριος μήν.

urbem Constantini nomine insignitam condidit. cumque mirabili pulchritudine eam adornasset, muros quoque versus Troadenses porticus longe protulit. praeterea balnea et duo templa magnifica exstruxit, iuraque omnia ad veteris Romae instar ei attribuit, et in foro Strategio, ubi olim militum duces dignitates suas suscipiebant, se columnae lapideae insculpi curavit. ad haec suam et matris Helenae statuas erexit, atque locum nominavit Augusteum. senatoribus etiam Roma ipsum secutis valde munificum se praebuit, et aedes illis donavit, quas propriis sumptibus exstruxerat. idem aquaeductam in urbem perduxit, duosque erexit arcus in foro: ita enim locum vocant. tum quoque purpuream illam et illustrem columnam, cui ipsius Constantini statua imposita est, quam solis instar civibus praelucere cernimus. haec autem statua de columna decidit, et decem circiter homines illic tunc praesentes oppressit, quinto Aprilis, decimae quartae indictionis, anno 6614, vigesimo imperii D. Alexii Comneni, hora circiter tertia, oborta caligine et austro vehementer spirante. hanc vero aëris perturbationem excitaverat stella crinita, dicta acontias, quae vespera parasceues pri-

πέτραν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἕως τῆς κάτω ἀψῖδος, καὶ ἐθεμελίωσεν ἐκεῖ γύρωθεν τὰ θεμέλια τοῦ μεγάλου τρούλλου· ἀπὸ δὲ τοῦ βήματος μέχρι τοῦ ἔξω νάρθηκος εὗρε τόπον ἀλσώδη καὶ χαῦνον, καὶ ἐθεμελίωσεν. ἀρξαμένου δὲ τοῦ θεμελιοῦσθαι, προσκαλεσάμενος Εὐτύχιον τὸν πατριάρχην ἐποίησεν εὐχὴν περὶ συστάσεως ἐκκλησίας. ὁ δὲ βασιλεὺς οἰκείαις χερσὶ λαβὼν ἄσβεστον μετὰ ὀστράκου ἔβαλεν εἰς τὸν θεμέλιον πρὸ πάντων. καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν ὄντα εἰς τὸ ὡρολογεῖον, τὸν λεγόμενον βαπτιστῆρα, καὶ τὰ πλησιάσαντα τοῦ Μετατωρίου, ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἐσθίῃ·
ἐν ᾧ καὶ τὰ διαβατικὰ σκεπαστὰ τοῦ παλατίου ἐποίησεν, ἵνα P 67
διέρχηται ὁσάκις ἂν ἐθέλῃ. ὑπῆρχον δὲ μαΐστορες τὸν ἀριθμὸν ἑκατόν, ἔχοντες ἀνὰ ἑκατὸν μισθίους προσχειριαρίους. ὁμοῦ οἱ κάμνοντες χιλιάδες δέκα. καὶ αἱ μὲν πέντε χιλιάδες τὸ δεξιὸν μέρος ἤρξαντο, αἱ δὲ πέντε τὸ εὐώνυμον. εἶχε δὲ αὐτοὺς ἔρις καὶ πολλὴ σπουδὴ εἰς τὸ ταχέως κτίζεσθαι. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ναοῦ ἄγγελος κατ' ὄναρ ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ. ἦν δὲ μαΐστωρ εἷς μηχανικὸς καὶ πολλῆς γνώσεως γέμων εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναοὺς
ἐπιτηδείους. ἡ δὲ κριθὴ ἵστατο βράζουσα εἰς κακάβους εὐμε- B
γέθεις, καὶ τὸν ζωμὸν αὐτῆς ἐμίγνυον μετὰ τοῦ ἀσβέστου καὶ τοῦ ὀστράκου. ἀντὶ δὲ ὕδατος αὐτοῖς ὑπῆρχεν ὁ ζωμὸς τῆς

3 ἀλσώδη] ἰλυώδη Lamb. 7 καὶ] πρὸ δὲ τοῦ ἄρχεσθαι κτίζειν αὐτὸν τὸν ναὸν ἔκτισεν εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ λεγομένου προδρόμου, πλησίον τοῦ ὡρολογίου, ὁμοίως καὶ τὸ μετατώριον, ἵνα cod. Lamb.

dem ab altari usque ad inferiorem arcum, et circum illum fundamenta iecit apsidis maioris sive trulli magni. a suggesto vero usque ad exteriorem narthecem solum palustre et fungosum invenit. cum autem fundamenta ponere ordiretur, Eutychio patriarcha accersito pro structura ecclesiae precatus est. postea imperator primus omnium calcem cum testa accipiens fundamenti initium posuit. condidit etiam oratorium S. Ioannis, iuxta horologium, baptisterium vulgo dictum, et aedificia vicina Metatorii, ut ibi subinde cum proceribus suis commoraretur et cibum sumeret. inde etiam usque in palatium porticum transitoriam tectam fecit, ut quoties vellet eo accederet. erant autem magistri numero centum, centenos singuli manuarios opifices mercenarios sub se habentes, ita ut summa decem milia operariorum essent; quorum quinque milia a dextera, quinque a sinistra parte opus coeperunt. magno autem studio contendebant ut quam celerrime opus absolverent. caeterum templi formam angelus per somnium imperatori ob oculos posuit. erat autem machinator quidam summae peritiae in exstruendis templis. stabant etiam cacabi magni hordei bullientis, cuius liquorem calce et testa miscebant: liquor autem ille hordei tepidus aquae vicem supplebat.

κριθῆς χλιαρός. ἔκοπτον δὲ καὶ τοὺς φλοιοὺς τῆς πτελέας, καὶ ἔμιγνυον μετὰ τοῦ ἀσβέστου, καὶ ἐποίουν μάζας. καὶ οὔτε ἄγαν θερμὸν οὔτε πάλιν ψυχρὸν ἐτίθουν, ἀλλὰ χλιαρὸν διὰ τὸ κολλητικώτερον εἶναι καὶ τοὺς λίθους κολλᾶν δίκην σιδήρου. δύο δὲ πήχεις τοῦ θεμελίου ἀπὸ τῆς γῆς ὑψωθέντος, ὥς φησιν ὁ εἰρημένος ποιητὴρ καὶ ἀπογραφόμενος τὴν ἔξοδον, ἐξωδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνβʹ. μιλιαρίσια δὲ ἔφερον καθʼ ἑκάστην,
C καὶ ἔμιγνυον τὸν χοῦν καὶ ἔχυνον εἰς τὸ ὡρολογεῖον καὶ τῶν πέριξ κτισμάτων. καὶ ἡνίκα ἔμελλον ὑποχωρεῖν, γυρεύοντες τὸν χοῦν ἕκαστος αὐτῶν διάφορα εὕρισκεν, καὶ ἀπῄει χαίρων. καὶ ἕτερα μιλιαρίσια ἀπέκειντο εἰς τὸ ὡρολογεῖον, καὶ ὅσοι ἀνεβίβαζον καὶ ἐκόμιζον λίθον ἢ ὄστρακον μετὰ ἀσβέστου ἢ βησάλου, ἑνὶ ἑκάστῳ ἐκ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐδίδου ἀργύριον διὰ τὸ μὴ βλασφημῆσαι ἢ στενάξαι τινά. ἐξ αὐτῶν δὲ εἷς στενάξας καὶ εἰπὼν τὸ οὐαὶ ἔπεσεν ἀθρόως καὶ συνετρίβη καὶ ἀπέψυξε. τῶν δὲ πινσῶν ὑψωθέντων καὶ τῶν μεγάλων κιόνων σταθέντων ἔμελλον μετʼ αὐ-
D τῶν καὶ τοὺς Ῥωμαίους κίονας στῆσαι. ἀλλʼ οὐκ ἐποίουν, ἀλλʼ ἔστησαν τούτους εἰς τὰς τέσσαρας κόγχας. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ δειλινὸν οὐκ ἐκάθευδεν, ἀλλὰ πολλὴν σπουδὴν ἐποιεῖτο τοῦ ἔργου, καὶ ἐπορεύετο βλέπων τοὺς λιθοξόους καὶ τοὺς οἰκοδόμους. ἤρχετο δὲ μετὰ Τρωΐλου κουβικουλαρίου αὐτοῦ. τὴν δὲ ἔξοδον κατεῖχε Στρατήγιος ὁ ἀδελφοποιητὸς τοῦ βασιλέως, ὁ καὶ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων. ἐπηγγείλατο δὲ αὐτῷ ὁ βασιλεὺς καὶ

quin etiam dissectos ulmi cortices admiscebant calci et in massam redigebant; qua nec calida nimis neque frigida ad structuram utebantur, sed tepida, quo tenacius adhaerescebat et lapides instar ferri conglutinaret. fundamento autem duobus cubitis supra terram elevato, ut dictus auctor et expensae rationum scriba refert, 452 auri centenaria expensa fuerant. miliarisia vero quotidie afferebant, terraeque ea permiscentes iuxta horologium et circumsita aedificia humo obruebant. ita cum ab opere abituri suam singuli terram circumcirca lustrarent, multa hinc inde inveniebant, et loti discedebant. alia etiam miliarisia in horologio reposita servabantur, et singulis qui lapidibus calce tegulis aut cocto latere onusti ascendebant, pro labore argentum distribuebatur, ne cui convitiandi aut conquerendi occasio esset. quidam vero ex iis cum ingemiscens vae exclamasset, statim praeceps dilapsus et casu contusus exspiravit. caeterum post pilarum eductionem et erectionem magnarum columnarum decreverant etiam una cum illis Romanas columnas collocare; quod tamen minime factum fuit, sed eas quattuor conchis fulciendis apposuerunt. imperator autem somno pomeridiano abstinens magnoque studio operi incumbens fabros et quadratarios circumeundo inspectabat, comitante eum Troilo cubiculario. verum Strategius adoptivus imperatoris frater eiusque pecuniarum custos expensarum rationibus praeerat. praeceperat autem ei imperator ut citra mercedem et diur-

ἐκτὸς τοῦ μισθοῦ αὐτῶν καὶ τῶν καθημερινῶν ἀργυρίων δὶς τῆς ἑβδομάδος εὐεργετεῖν αὐτούς. ὁσάκις δὲ ἤρχετο εἰς θεωρίαν, ἐφόρει λευκὸν κολόβιον, καὶ ῥάβδον λεπτὴν κατεῖχε τῇ χειρί. P 68

Σκεπάσαντες δὲ ἐπάνω τὰς ἁψῖδας ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τῶν ἐμβόλων τῶν γυναικίτων, καὶ ἀναλαβόντες εἰς τοὺς πινσοὺς μέχρι τῶν κατηχουμένων, προσέταξε Στρατήγιος ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ ὥρᾳ τρίτῃ μιλιαρίσια πρόσαγαγεῖν εἰς πλῆθος, καὶ τοὺς μαΐστορας κατελθεῖν εἰς τὸ ἄριστον. ὁ δὲ μαΐστωρ Ἰγνάτιος κατέλιπε τὸν υἱὸν αὐτοῦ καθορᾶν πάντα τῶν τεχνιτῶν τὰ ἐργαλεῖα. ἦν δὲ ὁ παῖς ὡσεὶ χρόνων δεκατεσσάρων. καθεζομένου δὲ αὐτοῦ ἐφώνησεν αὐτῷ λευκοφόρος τις, εὐνοῦχος δῆθεν ἐκ τοῦ παλατίου πεμφθείς, λέγων αὐτῷ "τίνος χάριν τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ B *ταχέως οὐκ ἐπλήρωσαν οἱ κάμνοντες, ἀλλὰ καταλιπόντες αὐτὸ ἀπῆλθον πάντες καὶ ἐσθίουσιν;" ὁ δὲ παῖς λέγει "ταχέως, κύριέ μου, παραγίνονται." κἀκεῖνος πάλιν εἶπεν "ἄπελθε ταχέως, φώνησον αὐτούς." τοῦ δὲ παιδὸς φοβουμένου διὰ τὸ μὴ ἀπολέσθαι τι τῶν ἐργαλείων, ὁ φανεὶς ἄγγελος ἔφη μεθ' ὅρκου τῷ νέῳ "ἄπελθε, λάλησον αὐτοῖς· ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῶν ὧδε οὐχ ὑποχωρῶ, ἕως ἂν ἔλθῃς, μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, τὴν νῦν κτιζομένην." τοῦτον οὖν τὸν ὅρκον ἀκούσας ὁ παῖς κατῆλθε, καὶ εὗρε τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰγνάτιον, καὶ ἐξηγήσατο αὐτῷ ταῦτα, καὶ αὐτὸς ἤγαγεν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ ἐκεῖσε* C *ἐσθίοντι τότε ἐν τῷ βαπτιστῆρι. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς*

num argentum bis illos singulis septimanis stipe aliqua muneraret. quoties vero spectandi causa accedebat, albam gestabat tunicam, et exiguum baculum manu tenebat.

Cum vero fornices porticuum muliebrium utrinque tegerentur, et a pelis usque ad catechumenia opus iterum inchoaretur, iussit Strategius die septimo, hora tertia, miliarisiorum summam magnam afferri et magistros ad prandium accedere. magister autem Ignatius filium suum reliquit, ut omnia instrumenta opificum sua inspectione custodiret: erat vero puer annorum circiter quattuordecim. puerum autem sedentem quidam candida veste indutus compellavit, quasi eunuchus e palatio missus, dicens "qua de causa fabri opus dei celeriter non perfecerunt, sed eo relicto omnes ad comedendum abierunt?" respondit puer "primo quoque tempore, mi domine, aderunt." at ille "abi cito" inquit, "et accerse eos." puero autem metuente ne qua ferramenta perirent, angelus, qui ei apparuerat, cum iureiurando dixit "abi et voca illos: nam ego hinc non discedam donec redieris. testor sanctam Sophiam, quae est verbum dei, nunc aedificari coeptam." tale igitur iuramentum puer audiens descendit, et invenit patrem suum Ignatium, cui haec omnia enarravit. pater autem eum ad imperatorem in baptisterio tunc prandentem duxit. ille his auditis omnes eunuchos ad se vocavit, cumque

μετεκαλέσατο πάντας τοὺς εὐνούχους. καὶ μηδένα ἐξ αὐτῶν γνωρίσας ὁ παῖς, τότε ἔγνω ὁ βασιλεὺς ὅτι ἄγγελός ἐστι κυρίου. ἐσημειώσατο δὲ τὸν ὅρκον ὃν εἶπεν ὁ παῖς, καὶ ὅτι λευκοφόρος ἐστὶν ὁ λαλήσας τῷ νέῳ, καὶ αἱ παρειαὶ αὐτοῦ πῦρ ἀπέπεμπον, καὶ ἐνηλλαγμένη ἦν ἡ ὄψις αὐτοῦ. μεγάλως δὲ χαρεὶς ὁ βασιλεὺς ἐδόξασε τὸν θεόν, ὅτι εὐδοκεῖ εἰς τὸ ἔργον αὐτοῦ. καὶ ἔκτοτε ἔλαβεν ὁ ναὸς τὴν προσηγορίαν ἡ ἁγία Σοφία, καίπερ διασκεπτομένου τοῦ βασιλέως τί καλέσει τὸν ναόν. βουλευσάμενος
D δὲ ὁ βασιλεὺς πολλοὺς ὁσίους καὶ ἀρετὴν μετιόντας, εἶπον μὴ δεῖν ὑποστρέφειν τὸ παιδίον ἐκεῖσε· ἂν γὰρ στραφῇ, ὁ φύλαξ ἄγγελος ὑποχωρεῖ τοῦ τόπου. ὃ καὶ ἐποίησε· πλουτίσας γὰρ τὸν παῖδα εἰς τὰς νήσους ἐξέπεμψε διάγειν αὐτόν, ὥστε φυλάσσειν τὸν ἄγγελον μέχρι τῆς σήμερον κατὰ τὸν ὅρκον αὐτοῦ. ἐγένετο δὲ τὸ ῥῆμα τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὸν παῖδα εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πινσοῦ πλησίον τοῦ Συλλαγόνου.

Φθασάντων δὲ εἰς τὰ δεύτερα κατηχούμενα καὶ τοὺς κίονας ἀνηγέρθησαν αἱ καμάραι. σκεπασθέντων δὲ τῶν πέριξ ἐγένετο τὸν βασιλέα ἀθυμεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρυσικὴν ποσότητα.
P 69 ἱσταμένου δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ ἁψῖδι ὕπερθεν καὶ ὁρῶντος τὰ κτίσματα, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος ὡραῖος εἰρηκὼς αὐτῷ "τί λυπῇ περὶ χαράγματος; δός μοί τινας αὔριον πρωῒ ἐκ τῶν μεγιστάνων σου, καὶ κομίσω σοι χάραγμα ὅσον ἂν βούλῃ." τῇ δὲ ἑξῆς

9 ἀρετῇ vulgo.

neminem ex iis puer agnosceret, intellexit imperator angelum domini fuisse. caeterum iuramentum quod puer retulerat observabat, tum quod albis vestibus amictus fuisset is qui cum adolescente locutus erat; et quod genae eius ignem spirassent, aliusque ab humano fuisset adspectus eius. imperator igitur valde laetatus, deum, quod opere ipsius oblectaretur, celebravit; et exinde nominatum fuit templum S. Sophia, tametsi imperator de nomine illi imponendo deliberasset. cum vero imperator a multis sanctitate et virtute praecellentibus viris consilium petisset, suaserunt ipsi ne puerum eo reverti permitteret: si enim reverteretur, fore ut angelus custos inde recederet. horum ergo consilio paruit, et puerum muneribus ditatum ablegavit in insulas, ut ibi vitam transigeret. angelus itaque iuxta suum iuramentum usque in hodiernum diem locum tuetur. alloquium vero angeli, quo puerum compellavit, in dextera pilae parte prope Sylagonum contigit.

Caeterum cum usque ad secunda catechumenia eorumque columnas pervenissent, fornices exstruxerunt; quibus circum undique tectis imperator propter inopiam auri vehementer angi coepit. stante autem ipso in superiori fornicis parte et structuram inspiciente, apparuit ei eunuchus facie venusta, dicens "quid de pecunia sollicitus es? da mihi cras mane quosdam ex tuis proceribus, et afferam tibi pecuniae quantum

πορευομένου τοῦ βασιλέως καὶ ὁρῶντος τὰς κτίσεις, ἰδοὺ ὁ εὐνοῦχος ὤφθη τῷ βασιλεῖ λέγων "δός μοι ἄνθρωπον καὶ πορευθῶμεν." δέδωκε δὲ αὐτῷ τὸν εἰρημένον Στρατήγιον καὶ Βασιλίδην κοιαίστωρα καὶ Θεόδωρον πατρίκιον καὶ ἔπαρχον καὶ Κολοκύνθην, καὶ ὑπηρέτας μέχρι τῶν ὀκτώ, καὶ ἡμιόνους μετὰ βουλγιδίων εἴκοσι. τούτους λαβὼν ὁ εὐνοῦχος ἐξῄει τῆς πόλεως, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ τριβουνάλιον, ἐφάνησαν παλάτια ἀχειροποίητα θαυ- B *μαστὰ ἐκτισμένα. ἐκ δὲ τῶν ἵππων καταβάντες, ἤνοιξεν ὁ εὐνοῦχος κουβούκλιον ἕν, καὶ ἦν τὸ ἔδαφος πεπληρωμένον χρυσίου χαράγματος. καὶ λαβὼν πτύον ὁ εὐνοῦχος ἔβαλεν ὑφ' ἓν ἕκαστον σαγμάριον κεντηνάρια δ', ὁμοῦ κεντηνάρια π'. καὶ ἀπέστειλεν αὐτὰ πρὸς τὸν βασιλέα, κλειδώσας πάλιν ἔμπροσθεν αὐτῶν τὸ κουβούκλιον. κομισάντων δὲ τὸ χρυσίον τῷ βασιλεῖ, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς πόθεν ἀπῆλθον καὶ τίς ὁ οἶκος καὶ ὁ ἄνθρωπος. ὅσα οὖν ἐθεάσαντο εἶπον τῷ βασιλεῖ. ἐκδεχόμενος οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν εὐνοῦχον, οὐκ ἦλθεν. καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν. οἱ δὲ ἀπελθόντες εὗρον ἄοικον τὸν τόπον, πεδίον ὄντα. γνωρίσαντες οὖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, ὑπέλαβεν ὅτι* C *θεοῦ θαῦμά ἐστι, καὶ ἔδωκε δόξαν τῷ θεῷ.*

Μελλόντων δὲ τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομεῖν, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς γενέσθαι τὸν μύακα διάφωτον διὰ τὸ μὴ δέξασθαι βάρος τὸν τόπον, ὅτι ἐκεῖσε ἰκριώματα οὐκ ἔθεντο. οἱ δὲ τεχνῖται

10 ἐφ'?

velis." sequenti vero die cum imperator ad structuram contemplandam prodiisset, ecce eunuchus illi apparens dixit "da mihi aliquem virum, et ibimus." dedit autem illi praedictum Strategium, Basilidem quaestorem, Theodorum patricium et praefectum urbis, et Colocynthen, octo praeterea famulos, et mulos cum bulgis viginti. eunuchus his secum ductis urbe egressus est, cumque ad tribunal venisset, palatia mirabilia non manu facta apparuerunt. cumque ex equis descendissent, eunuchus unum cubiculum aperuit, cuius pavimentum aureis nummis plenum erat; acceptaque pala, eunuchus singulis iumentis centenaria quattuor, quae simul octoginta conficiunt, imposuit et ad imperatorem misit, claudens iterum coram ipsis cubiculum. sed ut imperatori aurum attulerunt, interrogavit eos unde redirent, quis ille vir, quae domus fuisset. retulerunt itaque imperatori quae viderant. imperator autem, cum eunuchus diu exspectatus non venisset, misit ad illum quosdam, qui cum eo venissent, invenerunt aream planam nullis aedibus occupatam. hac de re certior factus imperator divinum miraculum esse intellexit, deoque gloriam tribuit.

Cum vero altare aedificaturi essent, iussit imperator concham eius perlucidam fieri, ne locus nullis suffultus tignis nimio pondere gra-

ἔλεγον μίαν καμάραν φωτίζειν τὸ θυσιαστήριον. ἠδημόνει οὖν
ὁ μαΐστωρ ὅτι ὁτὲ μὲν λέγει ὁ βασιλεὺς δύο καμάρας, ὁτὲ δὲ
μίαν. ἑστῶτος οὖν αὐτοῦ καὶ κτίζοντος ἦλθεν ἄγγελος κυρίου ἐν
ὁμοιώματι τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, καὶ τοιαῦτα ἠμφιεσμένος
D μέχρι ποδῶν οἷα ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν τῷ μαΐστορι "τρεῖς καμάρας
ἔγειρε διὰ τὸ ἐλαφρότερον." παρευθὺς δὲ ὁ Ἰγνάτιος ἀνελθὼν
ἐν τῷ παλατίῳ ἔφη τῷ βασιλεῖ μὴ ἔχειν λόγον ἕνα. τότε ἔγνω
ὁ βασιλεὺς ὅτι ἀγγέλου τὰ ῥήματά εἰσι, καὶ εἶπεν ὅτι εἴ τι ἂν σοι
εἶπον τὴν χθές, ποίησον, καίτοι τοῦ βασιλέως μὴ ἀπελθόντος
ἐκεῖσε.

Πάντες δὲ οἱ μοχλοὶ ὑπὸ σιδηρῶν μοχλῶν κατέχονται,
ἐγκλιασμένοι σὺν μολίβδῳ. ἔξωθεν δὲ τοῦ συνδέσμου τοῦ ὅλου
κτίσματος ἡ ἄσβεστος μετὰ ἐλαίου χριστοῦ ἐστὶ πεπλασμένη ἀντὶ
ὕδατος διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ πάγιον. οὕτως ἔστησαν τὰς ὀρθομαρ-
μαρώσεις. ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς Τρωΐλον κουβικουλάριον καὶ
P 70 Θεόδωρον ἔπαρχον καὶ Βασιλίδην κοιαίστωρα εἰς τὴν νῆσον τὴν
Ῥόδον, ὥστε κάμνειν ἐκεῖσε βήσαλα παμμεγέθη, σταθμὸν ἔχοντα
ἐπ' ἴσης. ἐσφράγιζον δὲ αὐτὰ σφραγῖσι περιεχούσαις οὕτως
"ὁ θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. βοηθήσει αὐτῇ
ὁ θεὸς τὸ πρὸς πρωῒ πρωΐ." καὶ σφραγίζοντες ταῦτα μεμετρη-
μένα ἀπέστελλον τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ σταθμὸς τῶν πέντε βησάλων
ἐκείνων ἑνὸς βησάλου ἡμετέρου εὑρίσκεται διὰ τὸ εἶναι ἐκεῖνα
κοῦφα καὶ σπογγώδη καὶ λεπτὰ καὶ λευκά. ἐξ οὗ παρὰ τῶν

varetur. opifices autem dicebant unam cameram altari illuminando sufficere. angebatur itaque magister fabrum, quod imperator quandoque de uno, quandoque de duobus fornicibus loqueretur. stante autem ipso et aedificante venit angelus domini, Iustiniani imperatoris similis et eiusmodi vestibus quibus ille usque ad pedes indutus, dixitque magistro "tres cameras propter levitatem exstrue." Ignatius statim palatium ingressus dixit imperatorem in eodem proposito non manere. tunc imperator intellexit angeli illa verba fuisse, et dixit "si tibi heri quid dixi, facias," quamvis imperator eo non venisset.

Omnes vero trabes ferreis vinculis cohibitae et plumbo ferruminatae sunt. extrinsecus autem universo aedificio consolidando calx cum oleo, loco aquae, illita est propter firmitatem. ita demum parietes marmore incrustarunt. caeterum imperator misit Troilum cubicularium, Theodorum praefectum et Basilidem quaestorem in insulam Rhodum, ut ibi lateres maximos pondere aequales fieri curarent. his lateribus impressa fuere haec verba: "deus in medio eius, non commovebitur. adiuvabit eam deus mane diluculo." lateres his verbis inscriptos et ad eandem mensuram exactos imperatori miserunt. quinque autem istiusmodi lateres unum laterem nostratem pondere aequant: nam illi leves sunt, spongiosi, tenues et candidi. hinc vulgus falso credit trullam

ἰδιωτῶν φέρεται λόγος ὅτι ὁ τροῦλος κισσήρινός ἐστιν. οὐκ ἔστι B
δέ, ἀλλ' ἐλαφρὸς ὁ πηλὸς καὶ λευκός. μετ' αὐτοῦ δὲ ἐξήγειρε
τὰς τέσσαρας ἀψῖδας εὐμεγέθεις, εἶθ' οὕτως τὸν τροῦλον ἀνὰ
δώδεκα τιθέντες βησάλων. ἐποίησε δὲ ὁ ἱερεὺς εὐχὴν περὶ συ-
στάσεως ἐκκλησίας, καὶ ἐποίουν ὀπάς, βάλλοντες διάφορα λεί-
ψανα ἁγίων πάντων, ἕως ἂν τρουλωθῇ ὁ τροῦλος. ἦν δὲ νεω-
τερικὸς ὄρθιος ἱστάμενος. εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσαν καὶ ὠρθομαρ-
μάρωσαν αὐτόν, καὶ εἰς τοὺς πινσοὺς καὶ εἰς τὰς στοὰς καὶ εἰς
τὰ μεγάλα κιόνια ἔβαλον λείψανα ἁγίων ἐπισήμων. τὸν δὲ πά-
τον διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων κατέστρωσαν, διά τε C
Ῥωμαίων πηγανουσίων καὶ τῶν λοιπῶν ῥοδοποικίλων. τὴν δὲ
ἁγίαν τράπεζαν, προσκαλεσάμενος τεχνίτας, ἐβουλεύσατο βαλεῖν
χρυσὸν καὶ ἄργυρον λίθους τε τιμίους ἐκ πάντων, μαργαρίτας,
χαλκόν, σίδηρον, μόλιβδον, ὕελον καὶ πᾶσαν ὕλην τετριμμένην.
καὶ καταμίξαντες ἀμφότερα καὶ χωνεύσαντες ἔχωσαν ἀβάκιον.
καὶ ἐγένετο θαυμαστὸν καὶ ἀτίμητον, καὶ ὁρώμενον ἦν ἔκθαμβον.
καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ὁ βασιλεὺς δύο ἥμισυ χιλιάδας ἀργύρια
ἔχυνεν εἰς τὸν χοῦν· καὶ ὅτε ἐπλήρουν ἕκαστος αὐτῶν τὸ ἔργον,
ἐξ αὐτῶν ἐλάμβανεν. ἐβούλετο δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς ὀρθομαρ-
μαρώσεις καὶ τὸν πάτον ὅλον χρυσοῦν ποιῆσαι. ἀντεῖπον δὲ
αὐτῷ Μαξιμιανὸς καὶ Ἱερόθεος ὁ καὶ σύμβουλος, Ἀθηναῖοι, D
φιλόσοφοι ὄντες καὶ ἀστρονόμοι, λέγοντες ὅτι μέλλουσιν ἐλθεῖν

18 *ἔχυνεν*] *ἔκρυψεν εἰς τὸ χῶμα* cod. Lamb.

esse pumiceam, quia lutum illud leve est et candidum. quin etiam quattuor magnos fornices eadem materia exstruxit; et deinde ipsam trullam duodecim lateribus eadem serie positis erexerunt. interim sacerdos pro structura ecclesiae preces fundebat. fecerunt etiam foramina, quibus varias omnium sanctorum reliquias indiderunt, donec trulla armato opere perficeretur. quam, simul atque erecta fuit, recentem adhuc musivo opere et marmorea incrustatione exornarunt. intra pilas vero et porticus magnasque columnas reliquias celebrium sanctorum abdiderunt. pavimentum quoque diversis et pretiosis straverunt marmoribus, Romanis, scilicet rutae colore virentibus, et caeteris roseo rubore variegatis. ad sacrae vero mensae structuram de communi artificum concilio, auro argento lapidibus pretiosis et margaritis, aere quoque et ferro, plumbo et vitro, omnisque generis materia comminuta invicem permixta et conflata, abacum sive tabulam fuderunt adeo admirabilem et pretiosum ut spectantibus stuporem iniiceret. imperator vero quotidie bis mille quingentos argenteos tumulo condebat, unde quisque opere suo absoluto mercedem accipiebat. caeterum volebat imperator parietaria marmora et totum pavimentum auro obducere: refragabantur autem ipsi Maximianus et Hierotheus consiliarius, Athenienses, philosophi et astronomi, qui dicebant postremo saeculo venturos pauperes

ἐν τῇ ἐσχάτῃ γενεᾷ ἄνακτες πένητες, καὶ ἐξεδαφίσαι τὸν ναόν. εἰ δὲ εἰσὶ λίθοι, συνίστασθαι μέλλει ὁ ναὸς ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου. καὶ ἐκ τῆς συμβουλῆς ἐγένετο οὕτως.

Καὶ ἡ μὲν ὕλη, ὡς εἴρηται, συνήχθη εἰς ἑπτὰ χρόνους
καὶ μῆνας δέκα, πολλοὶ δὲ τῶν χρονογράφων λέγουσιν εἰς δεκα-
επτὰ ἔτη κτισθῆναι, καταριθμοῦντες, ὡς ἔοικε, τοὺς ἑπτὰ χρό-
νους οὓς συνήγετο ἡ ὕλη. ἐποίησε δὲ κιβώριον καὶ τοὺς κίονας
καὶ τὰ στήθεα τοῦ θυσιαστηρίου ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτά.
τὸ δὲ μῆλον καὶ τὰ κρίνα καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα.
P 71 τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν χρυσᾶ. σαρδόνυχας καὶ σαπφεί-
ρους λίθους διὰ μαργάρων καὶ χρυσίου χυμευτοῦ. ἐποίησε καὶ
σκεύη χρυσᾶ τῶν δώδεκα ἑορτῶν, καὶ δίσκους χρυσοῦς, καὶ θυ-
μιατήρια χρυσᾶ προσεκύρωσε καὶ προάστεια, τξέ ποιήσας, καὶ
κληρικοὺς χιλίους. τὰ δὲ πέριξ κελλία ἦσαν τῶν κληρικῶν. τὸ
δὲ στόμιον τὸ λίθινον ἤχθη ἀπὸ Σαμαρείας· αὐτὸ δὲ ἦν εἰς ὅπερ
ἐκαθέσθη ὁ Χριστὸς διαλεγόμενος τῇ Σαμαρείτιδι. αἱ δὲ σάλ-
πιγγες ἀπὸ Ἱεριχῶ ἤχασιν, αἵτινες ἤχησαν, καὶ ἔπεσον τὰ τείχη
αὐτῆς. ἡ δὲ σέλα τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ὕπερθεν ἵστατο τοῦ
B φρέατος τοῦ ἁγίου ἐπάνω τῶν σαλπίγγων. ὁ δὲ τίμιος σταυρὸς
ὁ ἱστάμενος εἰς τὸ σκευοφυλακεῖον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ τὸ μέτρον
ἔλαβεν τῆς ἡλικίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. εἰς δὲ τὸν ἄμβωνα
καὶ τὸν σωλέαν ἐγένετο ἔξοδος, χρόνου πάκτου τῆς Αἰγύπτου,

22 χρονίου cod. Lamb.

reges, qui templum solo aequaturi essent: si vero lapidum fieret, fore ut usque ad consummationem mundi permaneret. eorum ergo consilio obtemperatum fuit.

Materia autem, ut dictum est, collecta fuit spatio septem annorum et decem mensium. multi vero historici septendecim annis esse conditum templum affirmant, annumerantes, ut videtur, septem annos, quibus materia congesta est. fecit etiam ciborium, columnas et fulcura altaris ex argento deaurato, pomum vero et lilia et crucem ciborii ex auro, suggestum item et solium ex auro, addens etiam lapides sardonychas et sapphiros unionibus et auro fusili ornatas. vasa etiam aurea duodecim festorum et discos aureos et turibula aurea fecit. praeterea 365 praedia suburbana ei assignavit, et mille clericos constituit, qui cellas in circuitu templi habitabant. operculum vero lapideum ex Samaria allatum fuit: erat autem illud cui insidebat Christus, quando cum Samaritana loquebatur. praeterea tubae ex Hierichunte allatae sunt, quibus sonantibus muri eius corruerunt. supra has sella B. Constantini in superiori parte sancti putei collocata erat: veneranda vero crux in Sceuophylacio posita ad modum statuae Christi dei nostri adaptata Hierosolymis allata est. caeterum in ambonem et soleam 365 centenaria

κεντηνάρια τξε΄, καθὼς ἐτυπώθησαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀπὸ τοῦ Σαβάρου βασιλέως Περσῶν. ὁ δὲ ναὸς ἔχει ἔξοδον, χωρὶς τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐνδυτῶν καὶ τῆς ὕλης τῆς ἐλθούσης δωρεὰν τοῦ βασιλέως, κεντηνάρια γσ΄.

Ἐτελειώθη δὲ ὁ ναὸς τῇ κβ΄ τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ παλατίου ἕως τῆς πύλης τοῦ Αὐγου- C στεῶνος ἐπὶ ἅρματος τετραΐππου, καὶ εἰσώδευσε μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πατριάρχου Εὐτυχίου. ἔδραμε δὲ ἀπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν μέχρι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἶπε "δόξα τῷ θεῷ τῷ καταξιώσαντί με τελέσαι τὸ τοιοῦτον ἔργον. νενίκηκά σε, Σολομών." καὶ ἐποίησεν ὑπάτια, καὶ ἔδωκε κεντηνάρια τῷ λαῷ διὰ Στρατηγίου μαγίστρου. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς μόνος ἐξετελείωσε τὴν ἐκκλησίαν, μηδενὸς ἑτέρου οἱανδή ποτε συνδρομὴν ποιήσαντος. θαῦμα δὲ ἦν ἰδεῖν· ἀπὸ γὰρ τῆς πολυποικιλίας τοῦ ἐδάφους δίκην θαλάσσης ἐφαίνετο ἐκ τῆς χρυσοῦ θέας τῶν κόσμων καὶ λαγαρικῶν καὶ τῶν κεφαλοκιονίων D πάντων.

Διήρκεσε δὲ ὁ νεωτερικὸς κύκλος ὁ ὑπ᾽ αὐτοῦ κτισθεὶς χρόνους δεκαεπτά. μετὰ δὲ τὸν θάνατον Ἰουστινιανοῦ ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος ὁ ἀπὸ κουροπαλατῶν ὁ δικαιότατος, καὶ εἰς τὸν δεύτερον αὐτοῦ χρόνον ἡμέρᾳ ἕκτῃ ὥρᾳ πέμπτῃ συνέβη πεσεῖν τὸν τροῦλον, καὶ συντρῖψαι τὸν ἀξιοθαύμα-

6 αὐγουστείου cod. Lamb. 16 χρυσοθεοῦ θέας cod. Lamb.

annui tributi Aegyptii impensa sunt, quae olim a Constantino magno cum Sapore Persarum rege constituta fuerant. in templum vero sine apparatu sacro, indumentis et materia, quae gratis imperatori mittebatur, 3200 centenariorum expensa sunt.

Vigesimo autem secundo die mensis Decembris totius templi structura absoluta est. imperator itaque ex palatio usque ad portam Augustei quadrigis vectus, inde cum cruce et patriarcha Eutychio ad templum processit; a valvis autem regiis usque ad ambonem curriculo transcurrit, et manibus extensis in haec verba erupit "gloria deo, cuius dignatione tale opus ad finem perducere merui, vici te, Salomon." fecit igitur sparsiones consulares, populoque centenaria per Strategium magistrum distribuit. Iustinianus vero solus ecclesiam absolvit, nulla alterius cuiusquam ope adiutus. erat autem res mira visu, templum quodammodo maris similitudinem referre ob varietatem pavimenti et auri fulgorem, quo ornamenta intercolumniorum et columnarum capitella obducta erant.

Caeterum duravit novus ambitus ab illo conditus annis septendecim. post obitum vero eius Iustinus curopalates, Iustiniani ex sorore nepos, cognomento iustissimus, imperio potitus est; secundoque eius imperii anno, feria sexta, hora quinta, trulla corruit, mirabilemque

στον ἄμβωνα καὶ τὸν πολυτίμητον σωλέαν καὶ τὸν πολυποίκιλον πάτον. αἱ δὲ τέσσαρες ἀψῖδες καὶ οἱ κίονες πάντες καὶ τὰ λοιπὰ κτίσματα ἔμειναν ἀσάλευτα. ὁ δ' αὐτὸς βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τεχνίτας ἔτι τότε περιόντας ἐκ τῶν ἐκεῖσε καμνόντων ἐπυν-
P 72 θάνετο τί ἂν εἴη τοῦτο. οἱ δὲ εἶπον "σπουδαίως ἔχων ὁ βασιλεὺς ἐπαρεῖν τοὺς ἀντινύκτας καὶ τὰς παντουρώσεις, ἅτινα ἐδέχοντο τὸν τροῦλον, ἀπήρασι ταῦτα ταχέως πρὸς τὸ μουσιῶσαι. καὶ ὅτι ὁ τροῦλος ὑψηλὸς ἐγένετο πολὺ πρὸς τὸ ὁρᾶσθαι πανταχόθεν, καὶ ὅτι τὰς σκαλώσεις κόπτοντες οἱ τεχνῖται ἔρριπτον εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἀπὸ τούτου ἔπεσεν ὁ τροῦλος." εἰπὸν δὲ οἱ τεχνῖται ἵνα γένηται ἐπίπεδος ὁ τροῦλος καὶ κυμβαλικὸς καθώς ἐστι νῦν. ἔπεμψε δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ῥόδον, καθὼς καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ πρώην πηλοῦ καὶ τῶν σφραγίδων ἐποίησε βήσαλα, καὶ ἔκτισε τὸν τροῦλον. στοχαζόμενοι δὲ οἱ τεχνῖται
B ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ταχέως χαλάσῃ, ἔκοψαν ἐκ τοῦ πρώην ὕψους ὀργυιὰς ιε', εἴασαν δὲ τὰ ξύλα, τοὺς ἀντινύκτας καὶ τὰς παντουρώσεις, χρόνον ἕνα, ἕως ἔλαβεν τὸ ἔργον πῆξιν. τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν μὴ δυνάμενος ποιῆσαι καθὼς ἦσαν πρότερον, ἐποίησεν ὡς ὁρᾶται νῦν ἀργυρένδυτον. ὁμοίως καὶ τὸν ἄμβωνα. καὶ μὴ δυνάμενος εὑρεῖν πολυποικίλους λίθους, ἀπέστειλε Ναρσῆν τὸν πατρίκιον ἐν Προκοννήσῳ, καὶ ἔκοψαν ἐκεῖθεν μάρμαρα τῆς γῆς ὅμοια. τὰ δὲ πράσινα τέσσαρα ποτάμια

6 τοὺς ἀντινύκτας] τὰ ξύλινα στηρίγματα cod. Lamb. 7 ἐπήρκασι? 11 κυμβαλικὸς] τυμπανοειδὴς cod. Lamb.

ambonem cum pretioso solio et pavimentum variegatum contrivit. quattuor autem fornices, omnes columnae et structurae reliquae salvae manebant. quare imperator, accitis architectis qui adhuc superstites erant, sciscitabatur quid hoc rei esset. responderunt illi, cum imperator obnixe urgeret ut destinae et fulcimenta quae trullam sustinebant tollerentur, citius quam par erat sublata fuerunt ad musivum opus perficiendum; tum quod trulla altior esset quam ut undique conspici posset, quodque artifices scalas in terram proiecissent; indeque trullam corruisse. suadebant autem opifices ut trulla plana et cava exstrueretur, sicut nunc visitur. imperator vero, quemadmodum avunculus eius, in Rhodum misit, et ex eodem illo luto lateres eodem sigillo impressos fieri curavit, trullamque condidit. opifices vero operam dantes ne et illa cito corrueret, priorem altitudinem ad orgyas quindecim praeciderunt; ligneas autem substructiones et fulcimenta annum integrum reliquerunt, donec firmius opus consolidaretur. caeterum ambonem et solium, cum non posset in pristinam formam restituere, argento obduxit, ut nunc videre est; similiter etiam ambonem. cum vero non posset variegatos lapides invenire, Marsen patricium in Proconnesum misit, ut illinc lapides terrae colore similes adveheret. quattuor autem Pra-

κατὰ μίμησιν τῶν τεσσάρων ποταμῶν ἐγένοντο, τῶν ἐκβαινόντων ἀπὸ τοῦ παραδείσου εἰς τὴν θάλασσαν. ὅτε δὲ ἔκοψαν τὰς σκαλώσεις καὶ ἔμελλον ἐπαρεῖν τοὺς ἀντινύκτας τοῦ τρούλου, ἐγέ- C μισαν τὴν ἐκκλησίαν ὕδατος ἕως τῶν πρώτων κατηχουμένων, καὶ οὕτως ἔρριπτον τὰ ξύλα. τούτου δὲ χάριν λέγουσί τινες ὅτι καὶ ὁ Ἰουστῖνος αὐτὴν ἔκτισεν. ἀλλὰ ψεύδονται. ἔχει δὲ ὁ ναὸς ἀφ᾽ οὗ ἐκτίσθη χρόνους φνη'.

Πλησίον δὲ τοῦ ναοῦ ἔστησεν τὴν στήλην αὐτοῦ εὐχαριστοῦσαν τῷ θεῷ, καὶ δεικνύουσαν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πολίταις ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ κτίστωρ. τὸν δὲ εἰρημένον μαΐστωρα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸν Ἰγνάτιον, διὰ τὸ ἀγαπᾶσθαι παρὰ πάντων ἕνεκεν τῶν θαυμαστῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίει, φοβηθεὶς ὁ βασιλεὺς μή ποτε φημισθῇ καὶ ἀναγορευθῇ ὑπὸ τῶν δημοτικῶν δύο μερῶν, μὴ θέλων δὲ τοῦτον ἀποκτεῖναι, καθὰς πολλοὶ συνεβού- D λευον αὐτῷ, βλέποντες αὐτὸν ἀθυμοῦντα, συνῄνεσαν αὐτῷ ἐκ δευτέρου ἵνα κτιζομένης παρ᾽ αὐτοῦ τῆς στήλης τοῦ Αὐγουστεῶνος ἐάσει αὐτὸν ἐκεῖσε καὶ ἄρωσι τὰς σκαλώσεις, ὅπως ὑπὸ τοῦ λιμοῦ τελευτήσει. ὃ καὶ ἐποίησε. γνοὺς τοίνυν ὁ Ἰγνάτιος, μετὰ τὸ τελειῶσαι καὶ στῆσαι τὴν ἔφιππον στήλην τοῦ βασιλέως, ὅτι ἐλάθη ἐκεῖσε, ὠδύρετο. ὀψίας δὲ ἤδη γενομένης εὗρε ἐπιτήδευμα ἄριστον. τὸ λεπτὸν σχοινίον ὅπερ εἶχεν εἰς τὸ περσίκιον αὐτοῦ, τὸ ὡσεὶ ὀργυιῶν πεντήκοντα πέντε, καὶ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ καὶ τὸ ὑποκαμισοβράκιον καὶ τὸ σφικτούριον καὶ τὸ φακιώλιον

2 τὰ σκαλώματα cod. Lamb.

sini coloris fluvii ad imitationem quattuor fluminum ex paradiso in mare exeuntium facti sunt. cum vero scalas conscendissent et destinas ad trullam suffulciendam erecturi essent, ecclesiam aqua impleverunt usque ad prima catechumenia, et ita ligna in aquam proiecerunt. huius rei gratia quidam dicunt Iustinum quoque eam condidisse: sed falluntur. caeterum 458 anni, ex quo templum conditum est, elapsi sunt.

Prope templum statuam suam collocavit, quae deo gratias agens civibus indicat quod ipse tanti operis conditor. cum vero praedictus Ignatius magnae ecclesiae aedificator propter mirabilia opera, quae faciebat, ab omnibus diligeretur, metuens imperator ne quando a duabus populi factionibus imperator salutaretur (neque tamen eum volebat occidere, sicut multi ipsi anxio suadebant), contentus fuit ut statuae ab ipso in Augusteo erectae, scalis ablatis, inclusus relinqueretur et ita fame periret. cognoscens itaque Ignatius, cum equestrem imperatoris statuam iam perfectam erexisset, se ibi derelictum, vicem suam deplorabat. vespere autem facta prudens commentum excogitavit: tenuem nempe funiculum, quem in suo marsupio habebat, circiter 55 orgyiarum, et pallium et subindusiale et interculam et tiaram suam connexuit et

αὐτοῦ λαβὼν συνέδησεν αὐτὰ καὶ ἔκλεισε καὶ ἐδοκίμασεν εἰ φθά-
P 73 *νουσιν ἕως κάτω. εὑρὼν δὲ οὕτως ταῦτα, ἐλθούσης τῆς γυναι-*
κὸς αὐτοῦ μετὰ κλαυθμοῦ πολλοῦ καὶ ὀδυρμοῦ ἐφώνησεν αὐτῇ,
κοιμωμένης πάσης τῆς πόλεως (νὺξ γὰρ ἦν βαθεῖα) ὅτι ὧδε
κατελείφθην ἀποθανεῖν. ἀλλ' ὕπαγε καὶ κρυφίως ἀγόρασον
παχὺ σχοινίον, καὶ ἄλειψον αὐτὸ ὑγροπίσσῳ, καὶ πάλιν ἐλθὲ
μεσούσης νυκτός. καὶ καταλαβούσης τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐχάλασεν
ἐκεῖνος ἅπερ εἶχεν, καὶ συνδήσασα ἡ γυνὴ τὸ σχοινίον, ἔσυρεν
ἐκεῖνος ἐπάνω καὶ προσέδησεν εἰς τὸν πόδα τοῦ ἵππου, καὶ κρα-
τῶν αὐτὸ κατέβη ὑγιής. ἐποίησε δὲ τοῦτο, ἵνα κολλᾷ τὸ σχοι-
νίον ἐκ τοῦ ὑγροπισσίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὅπως μὴ συρεὶς
B *ἀθρόως πέσῃ καὶ τριβείη, καὶ ἵνα τὸ σχοινίον καυθήσεται ὑπὸ*
τοῦ πυρὸς μετὰ τὸ καταβῆναι. λαβὼν τοίνυν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ
καὶ τοὺς παῖδας νυκτὸς κατέλαβε τὴν Ἀδριανούπολιν, μετασχη-
ματισθεὶς κατὰ μοναχούς, χρόνους τρεῖς, πάντων οἰομένων καὶ
λεγόντων ὅτι ἐπὶ τοῦ κίονος ἐτελεύτησεν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. μετὰ
δὲ ταῦτα ἦλθεν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἦν διατρίβων ἐν
αὐτῇ. καὶ διερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς προέλευσιν τῶν ἁγίων
ἀποστόλων ἠπήντησεν αὐτῷ ἐκεῖσε, αἰτῶν λόγον συμπαθείας τοῦ
μὴ φοβηθῆναι. γνωρίσας οὖν τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἐθαύμασε, καὶ
πᾶσα ἡ σύγκλητος αὐτοῦ. προεβάλλετο δὲ ὁ βασιλεὺς ἄγνοιαν
ἐπὶ τῷ γεγονότι ἐπὶ τὸν Ἰγνάτιον, καὶ πολλὰ δῶρα δοὺς αὐτῷ
C *ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ, εἰπὼν "ἴδε, ὃν θέλει ὁ θεὸς ζῆν, χίλιοι*
οὐκ ἀποκτείνουσι." καὶ ἔκτοτε ἔζησεν ἐν εἰρήνῃ πολλῇ.

glomeravit, tentavitque num ad terram usque pertingerent. interim uxori suae cum magno eiulatu et planctu supervenienti conquestus est, universa civitate quiescente (erat enim profunda nox), sibi istic moriendum esse: dixitque ei "abi et clanculum crassum funiculum eme et liquida pice inunge; media autem nocte revertere." cumque sequenti nocte illa venisset, dimisit ipse quae habebat, et funiculum ab uxore annexum sursum ad se retraxit, et pedi statuae alligavit, eoque prehenso incolumis inde descendit. fecit autem hoc eo ut funiculus liquida pice inunctus manibus tenacius haereret, ne alioqui praeceps in terram delatus contunderetur; et ut funiculus postquam se demisisset combureretur. proinde assumpta uxore et liberis noctu Adrianopolim profectus est, ibique tres annos in habitu monastico transegit, omnibus credentibus dicentibusque eum apud statuam fame enectum esse. postea Cpolim rediit, ibique commoratus est. imperatori vero in processione ad templum SS. apostolorum obviam occurrit, petens ab illo ut eius misereretur et absque metu vivere permitteret. imperator tandem illum agnoscens cum universo senatu miratus est. verum imperator facto ignorationem praetendit, et multis beneficiis Ignatium afficiens indemnem dimisit, dicens "ecce quem deus vult vivere, mille homines non interficient." ex eo igitur tempore Ignatius magna cum tranquillitate vixit.

Καὶ ἕως μὲν ὧδε τὸ πέρας τῶν κατὰ τὴν μεγάλην ἐκκλη-
σίαν· τοὺς δὲ ἁγίους ἀποστόλους τοὺς μεγάλους, καθὼς προεί-
ρηται, εὗρε δρομικὴν ἐκκλησίαν, ξυλόστεγον, ξυλότρουλον, κτι-
σθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης. ἡ Θεο-
δώρα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ἡ καὶ πολλὴν
σπουδὴν θεμένη διὰ τὸ διέρχεσθαι κάτωθεν τὸν ποταμὸν τὸν
Λύκον, ἀνεγείρασα θεμελίους παμμεγέθεις καὶ λίθους μεγίστους,
ἔκτισε τὸν ναόν. τὰ δὲ σκάριφα καὶ τὸ σχῆμα ἀπῆρε τοῦ ἁγίου
Ἰωάννου τοῦ θεολόγου ἀπὸ Ἐφέσου. τὴν δὲ ὕλην ἅπασαν ἔλα-
βεν ἀπὸ τῆς ἁγίας Σοφίας μετὰ τὸ τελειωθῆναι αὐτὴν καὶ τὰ D
εὐκτήρια αὐτῆς· ἀφ' ὅτου γὰρ ἤρξατο κτίζεσθαι ἡ ἁγία Σοφία,
μετὰ τέσσαρα ἔτη ἤρξατο καὶ αὐτὸς κτίζεσθαι ὁ ναός. ἐν δὲ τῷ
καιρῷ τοῦ μουσιώματος ἔλειψε τῇ δεσποίνῃ χρυσίου ποσότης,
καὶ ἀδημονούσης ἐπὶ τοῦτο τῆς Αὐγούστης κατ' ὄναρ ἐφάνησαν
οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι λέγοντες αὐτῇ "μὴ λυποῦ περὶ χαράγματος
χρυσίου, μηδὲ Ἰουστινιανῷ τῷ ἀνδρί σου ἐπιζητήσῃς νομίσματα·
ἀλλὰ ἀπελθοῦσα ἔξωθεν τῆς πόρτης Δεξιοκράτους εἰς τὸν αἰ-
γιαλὸν εὑρήσεις δώδεκα κεράμια γέμοντα χρυσίου κεχωσμένα." P 74
ἡ δὲ Αὐγούστα ἀποστείλασα εὗρεν αὐτὰ γέμοντα, καὶ ἔχοντα
ἑκάστον αὐτῶν ἐπιγραφὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ ὀνόματα.
καὶ λαβοῦσα ταῦτα, δοξάσασά τε θεόν, ἐξωδίασεν αὐτὰ εἰς τὸν
ναόν. καὶ πολλὰ κτήματα καὶ ἀναθήματα καὶ σκεύη χρυσᾶ τε
καὶ ἀργυρᾶ προσεκύρωσε. τελειώσασα δὲ τὸν ναὸν ἔμελλεν κρε-

7 Λύκον] λῶτμον cod. Lamb.

Hucusque autem pertinet narratio eorum quae ad magnam ecclesiam spectant. templum magnum SS. apostolorum, sicut dictum est, forma oblonga, trulla lignea, tectoque ligneo opertum invenit, quod Constantinus magnus et Helena condiderunt. verum Theodora magni Iustiniani uxor multam curam adhibuit, eo quod Lycus amnis istac subterlaberetur, magnisque fundamentis positis templum renovavit. formam quidem et delineationem a templo S. Ioannis theologi quod Ephesi est desumpsit; omnem vero materiam a S. Sophia, postquam ea cum oratoriis suis perfecta esset, accepit: nam quadriennio post inchoatam S. Sophiae structuram templum hoc condi coeptum est. caeterum cum iam musivo opere incrustandum esset, aurum Augustam defecit; cumque ob hoc angeretur, SS. apostoli per somnium ipsi apparuerunt dicentes "de pecunia ne sollicita sis, neque a Iustiniano marito tuo nummos pete; sed abi extra portam Dexiocratis ad littus, et ibi invenies humo condita duodecim vasa fictilia auro impleta." Augusta igitur eo mittens invenit ea plena, et singula nominibus SS. apostolorum inscripta. illaque accipiens gratiis deo actis in templum expendit, et multos fundos, ornamenta, vasa aurea et argentea ei donavit. templo

μάσαι τὰς χαλκᾶς ἁλύσεις καὶ τὰς λυχνίας, ὅπως ἐνθρονιάσῃ τὸν ναὸν καὶ ἐγκαινίσῃ αὐτόν. γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς B *ἐφθόνησεν, ἵνα μὴ προλάβῃ καὶ ἐγκαινισθῇ πρὸ τῆς ἁγίας Σοφίας, καὶ παρήγγειλε πανταχοῦ τῆς πόλεως ἵνα μὴ ποιήσωσιν ἁλύσεις καὶ κρεμάσωσιν ἐκεῖσε. ἡ δὲ βασίλισσα ἐποίησεν ἀπὸ μετάξης πλεκτὰ σχοινία πίστει καὶ μόχθῳ, καὶ κρεμάσασα τὰς πολυφώτους ἀργυρᾶς λυχνίας ἐνεκαίνισε καὶ ἐνεθρονίασε τὸν ναόν, προλαβοῦσα τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. τὰ δὲ λείψανα τὰ κείμενα κάτωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἤχθησαν παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως, υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, διὰ* C *τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀρτεμίου. τὸ δὲ βῆμα, καθώς ἐστι μέσον, οὕτω καὶ γέγονεν παρὰ τῆς Αὐγούστης Θεοδώρας. τὸ δὲ μνημοθέσιον τῆς ἁγίας Θεοφανῶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐποίησε. τὸ δὲ ἔξω μνημοθέσιον τῶν τε ὀρθοδόξων καὶ τῶν αἱρετικῶν ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἐποίησε, καὶ διὰ μουσίων ἐκαλλώπισεν αὐτό, καὶ ἐκεῖσε ἐτάφη. ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Θεοδώρα ἡ κτίσασα τὸν ναόν. τὸ δὲ μουσεῖον ἐκεῖνο καὶ τὰ μάρμαρα ἀπῆρε Βασίλειος ὁ βασιλεύς, ὅτε ᾠκοδόμησε τὴν νέαν καὶ τὸν φόρον.*

18 *καὶ τὴν εἰς τὸν φόρον* Lambecius, coll. p. 82 v. 5 et p. 116 v. 10.

itaque absoluto ut dedicari et consecrari posset, aereas catenas lucernis sustinendis in eo suspendere cogitavit. verum imperator Iustinianus, hoc intellecto, concedere noluit ut prius quam S. Sophia consecraretur; et proposuit tota urbe edictum ne quis catenas fabricaret et ibi suspenderet. verum Augusta funiculos ex serico bona fide multaque industria contexuit, et argenteis candelabris suspensis consecravit et dedicavit templum, magnam ecclesiam antevertens. reliquiae vero SS. apostolorum sub altari repositae Constantino imperatore, magni Constantini filio, opera sancti martyris Artemii allatae sunt. suggestum autem uti etiamnum in medio situm est, ita a Theodora Augusta exstructum fuit. memoriam S. Theophanus magnus Constantinus posuit; monumentum vero exterius orthodoxorum et haereticorum magnus Iustinianus condidit, et musivo opere exornavit, ibidemque sepultus est cum coniuge Theodora, quae templum aedificavit. caeterum musivum opus et marmora eius templi Basilius imperator abstulit, cum ecclesiam cognomine novam forumque aedificaret.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ

ΕΤΩΝ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗι ΤΗι ΒΑΣΙΛΙΔΙ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΜΕΧΡΙ ΚΑΙ ΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΑΓΑΡΗΝΩΝ ΤΑΥΤΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

Ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ͵βσμβʹ. P 75

ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς πυργοποιίας ἔτη φκεʹ.

ἀπὸ τῆς πυργοποιίας ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ἔτη φλʹ.

ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου ἔτη υλʹ.

ἀπὸ τῆς ἐξόδου ἕως τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τοῦ Σολομῶντος ἔτη ψʹ.

ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη υκεʹ.

DE ANNIS AB ORBE CONDITO,

USQUE AD IMPERIUM CONSTANTINI MAGNI: ET DE IIS, QUI IN IPSA URBIUM REGINA REGNARUNT, USQUE DUM AB AGARENIS CAPTA EST.

Ab Adamo usque ad diluvium sunt anni 2242.

A diluvio usque ad turris aedificationem sunt anni 525.

A turris aedificatione usque ad Abraham sunt anni 530.

Ab Abrahamo usque ad exitum filiorum Israel ex Aegypto sunt anni 430.

Ab exitu usque ad aedificationem templi Salomonis sunt anni 700.

Ab aedificatione templi usque ad captivitatem Israelitarum sunt anni 424.

B ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἔτη τιθ′.

ἀπὸ Ἀλεξάνδρου ἕως τῆς συγκαταβάσεως Χριστοῦ ἔτη τλα′.

ὁμοῦ χρόνοι μέχρι τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτη ‚εφ′.

Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἡ σωτήριος σταύρωσις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονε κατὰ τὸ ‚εφλδ′ ἔτος. κύκλος τοῦ μὲν ἡλίου ιη′, τῆς δὲ σελήνης πέμπτος. ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ἐννάτῃ, τῷ ὀγδόῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Τιβερίου. [ἦν δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης, τουτέστι τὸ νομικὸν φάσκα, μηνὸς Ἀπριλλίου ιη′, ἡ δὲ ἁγία ἀνάστασις τῇ εἰκοστῇ.]

C Ἀπὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔτη τκε′. ὁμοῦ τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔτη ‚εωκε′.

Ὁ οὖν μέγας Κωνσταντῖνος ἐκράτησε τῆς βασιλείας τῷ εἰρημένῳ ἔτει ‚εωκε′, καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔκτισε τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐβασίλευσε δὲ τὰ ὅλα ἔν τε Ῥώμῃ καὶ Κωνσταντινουπόλει ἔτη λγ′.

Ὁ Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη ια′ ἡμέρας κδ′.

Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης ὁ βέβηλος καὶ θεήλατος ἔτη δύο ἥμισυ ἡμέρας ιε′.

20 κωνσταντῖνος codd. immo ἔτη κδ′ ἡμέρας ια′. Lamb.

A captivitate usque ad Alexandrum Macedonem sunt anni 318.
Ab Alexandro usque ad descensionem Christi sunt anni 331.
In summam vero usque eo dum Christus humanam induit naturam anni sunt 5500.
Sed sciendum est quod salutaris crucifixio domini nostri Iesu Christi facta sit anno mundi 5534, cyclo solis 18, lunae quinto, feria sexta, hora nona, decimo octavo anno imperatoris Tiberii.
A Christo autem usque ad Constantinum magnum sunt anni 325, et in summa ab orbe condito usque ad Constantinum magnum anni sunt 5825.
Imperio igitur potitus est Constantinus magnus supradicto anno 5825, et duodecimo anno sui imperii Cpolim aedificavit. simul autem Romae et Cpoli imperavit annos 33.
Constantius filius eius imperavit annos 24 dies 11.
Iulianus apostata profanus et deo repugnans annos 2 dies 15.

Οὐαλεντινιανὸς ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος σὺν Οὐάλεντι τῷ δυσσεβεῖ καὶ Ἀρειανῷ ἔτη ιδʹ.

Γρατιανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ ῥηθέντος Οὐάλεντος ἔτη γʹ. P 76

Θεοδόσιος ὁ μέγας ὁ ἐξ Ἱσπανίας, ὁ εὐσεβέστατος καὶ μισοπόνηρος, ἔτη ιζʹ.

Ἀρκάδιος καὶ Ὁνώριος οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἔτη ιγʹ.

Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ὁ υἱὸς Ἀρκαδίου, ὁ καλλίγραφος, ὁ εὐσεβέστατος καὶ φιλάγαθος, ἔτη μβʹ.

Μαρκιανὸς ὁ ἀποκαλυφθεὶς ἀπὸ θεοῦ, ὁ πάσης καλοκαγαθίας ἔμπλεος, ἔτη ϛʹ καὶ ἥμισυ.

Λέων ὁ Μακέλης ὁ εὐσεβὴς καὶ πιστότατος ἔτη ιηʹ.

Λέων ὁ μικρὸς ὁ ἔκγονος αὐτοῦ, υἱὸς Ζήνωνος, ἔτος αʹ. B

Ζήνων ὁ ἐπικληθεὶς ἀγόνατος, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἔτη βʹ καὶ ἥμισυ, ἡμέρας κδʹ.

Βασιλίσκος ὁ εὐσεβὴς ἔτη βʹ μῆνας ηʹ ἡμέραν αʹ.

Καὶ πάλιν Ζήνων ἔτη ιαʹ ἡμέρας ιεʹ.

Ἀναστάσιος ὁ δίκορος, ὁ ἀπὸ Σελέτρων, ἔτη κζʹ μῆνας δʹ ἡμέρας γʹ, ὁ πυρίκαυστος καὶ αἱρετικός.

Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ ὁ κράτιστος καὶ εὐσεβὴς καὶ εὐμετάδοτος ἔτη ηʹ.

3 *Οὐαλεντινιανοῦ* Lamb. γʹ] ιϛʹ Lamb. 17 *μελέντρων* cod. Vallicell. *σιλεντιαρίων* Lamb.

Valentinianus pius et dei amans, cum Valente impio et Ariano, imperavit annos 14.
Gratianus filius supradicti Valentiniani imperavit annos 16.
Theodosius magnus ex Hispania oriundus, piissimus et mali osor, imperavit annos 17.
Arcadius et Honorius filii eius annos 13.
Theodosius iunior, filius Arcadii, calligraphus, piissimus et virtutis amans, annos 42.
Marcianus, a deo declaratus, omni probitate plenus, imperavit annos sex cum dimidio.
Leo Macela, pius et religiosissimus, annos 18.
Leo iunior ipsius nepos, filius Zenonis, imperavit annum unum.
Zeno cognominatus Agonatus, pater Leonis iunioris, imperavit annos duos cum dimidio, dies 24.
Basiliscus imperavit annos 2, menses 8.
Iterum Zeno imperavit annos 2, dies 15.
Anastasius Dicorus, ex Silentiario, imperavit annos 27, menses 4, dies 3. hic haereticus fuit et fulmine combustus.
Iustinus Thrax, potens pius et liberalis, imperavit annos 5.

C Ἰουστινιανὸς ὁ ἀδελφόπαις αὐτοῦ, ὁ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἔτη λη΄ καὶ ἥμισυ.

Ἰουστῖνος ὁ ἀπὸ κουροπαλάτων, ὁ ἀδελφόπαις αὐτοῦ, ὁ δικαιότατος, ἔτη ιγ΄.

Τιβέριος ὁ Θρᾷξ ἔτη ε΄.

Μαυρίκιος ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ ὁ εὐσεβέστατος καὶ μισοπόνηρος ἔτη κ΄.

Φωκᾶς ὁ Καππάδοξ ὁ τύραννος καὶ αἱμοβόρος καὶ δυσσεβὴς ἔτη η΄ καὶ ἥμισυ, ἡμέρας η΄.

Ἡράκλειος ὁ στρατηγὸς τῆς Ἀφρικῆς ἔτη λ΄.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτος α΄.

Κωνσταντῖνος ὁ ἔγγονος Ἡρακλείου, ὁ δυσσεβὴς καὶ μιαιφόνος, ἔτη κα΄.

D Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πωγωνάτος, ὁ τοῦ Δυρραχίου, ὁ εὐσεβέστατος καὶ πραότατος, ἔτη ιζ΄.

Τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ ῥινοτμήτου ἔτη ͵ϛρκα΄.

Ἰουστινιανὸς ὁ ῥινότμητος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ ἀγριώτατος καὶ ἀκρατὴς θυμοῦ τυραννουμένου, ἔτη ι΄.

Λεόντιος ἔτη γ΄.

Ἀψίμαρος ὁ καὶ Τιβέριος ἔτη ζ΄.

Ἰουστινιανὸς τὸ δεύτερον ἔτη ϛ΄.

Iustinianus magnus, nepos eius ex sorore, magnae ecclesiae conditor, imperavit annos 38 cum dimidio.

Iustinus, ex curopalata, Iustiniani ex fratre nepos, iustissimus, imperavit annos 13.

Tiberius Thrax imperavit annos 5.

Mauricius eius gener, piissimus et probissimus, imperavit annos 20 menses 4.

Phocas Cappadox, tyrannus sanguinarius et impius, imperavit annos 8 cum dimidio, dies 8.

Heraclius praefectus Africae imperavit annos 30.

Constantinus eius filius imperavit annum unum.

Constantinus nepos Heraclii, impius et homicida, imperavit annos 27.

Constantinus filius eius dictus Pogonatus, Dyrrhachinus, piissimus et mansuetissimus, annos 17.

A creatione mundi usque ad imperium Iustiniani Rhinotmeti anni sunt 6121.

Iustinianus Rhinotmetus, Constantini Pogonati filius, ferox et animi tyrannici impotens, annos 10.

Leontius annos 3.

Tiberius Apsimarus annos 7.

Iustinianus secundum annos 6.

Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνιος, ὁ δυσσεβὴς καὶ αἰσχρὸς καὶ μιαρός, ἔτη β'.

Ἀναστάσιος ὁ καὶ Ἀρτέμιος, ὁ εὐσεβέστατος καὶ πρωτοα- P 77
σηκρήτης καὶ φιλόσοφος, ἔτη β'.

Θεοδόσιος ὁ Ἀτραμυτηνός, ὁ πραότατος καὶ συμπαθέστατος, ἔτος α'.

Λέων Ἴσαυρος ὁ Κόνων, ὁ Συρογενής, ὁ μισάγιος καὶ ἐναγὴς καὶ ἀντίθεος, ἔτη κδ' καὶ ἥμισυ, ἡμέρας ε'.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ κοπρώνυμος, ὁ δυσσεβὴς καὶ παμμίαρος, γεγονὼς καὶ σκωληκόβρωτος πρὸ τοῦ τεθνάναι, ἔτη λδ' μῆνας γ'.

Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας, ὁ βέβηλος καὶ ἀποτρόπαιος, ἔτη ιε'.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ νεωτερίζων τυφλωθείς, ὁ B
υἱὸς τῆς Εἰρήνης, ἔτη ις'.

Εἰρήνη μόνη ἔτη ε'.

Νικηφόρος ὁ Σελευκεύς, καὶ συμπαθὴς καὶ φιλοδίκαιος καὶ φιλόδακρυς, ἀπὸ γενικοῦ, ἔτη θ'.

Σταυράκιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτος α' μῆνας δ'.

Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, ὁ φιλάγαθος καὶ εὐσεβέστατος, ἔτη β'.

Λέων ὁ παραβάτης, ὁ Ἀρμένιος, ὁ δυσσεβὴς καὶ ἀνήμερος, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη ζ' μῆνας ε'.

Philippicus Bardanes, impius impurus et scelestus, annos 2.

Anastasius, qui et Artemius, piissimus, protoasecretis et philosophus, annos 2.

Theodosius Adramytenus, mansuetissimus et misericors, annum unum.

Leo Conon ex Isauria oriundus, impurus, deoque et sanctis inimicus, annos 24 cum dimidio et dies 5.

Constantinus Copronymus, filius eius impius et impurus, qui a vermibus corrosus periit, annos 34 menses 3.

Leo filius eius, ex Chazara natus, profanus et abominandus, annos 5.

Constantinus Leonis et Irenes filius, a matre excaecatus, annos 16.

Irene sola annos 5.

Nicephorus ex Seleucia oriundus, misericors, iustus, ex generali logotheta, annos 9.

Stauracius filius eius annum unum menses 4.

Michael Rangabe, gener Nicephori probus et piissimus, annos 2.

Leo ex Armenia oriundus, impius et ferox, cum Constantino filio, annos 7 menses 5.

Μιχαὴλ ὁ τραυλός, ὁ Ἀμωραῖος, ὁ καὶ ἀφροσύνης καὶ ἀπειροκαλίας ἔμπλεος καὶ εἰκονομάχος, σὺν Θεοφίλῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἔτη η' μῆνας γ'.

Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ' μῆνας γ'.

C *Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ μεθυστὴς μετὰ Θεοδώρας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, τῆς εὐσεβεστάτης καὶ ὀρθοδόξου, ἔτη ιε'. ὁ τοιοῦτος ἀνηγορεύθη κατὰ τὸ ς' ἔτος. καὶ μόνος ὁ μεθυστὴς ἔτη ι'.*

Ὁ αὐτὸς Μιχαὴλ σὺν Βασιλείῳ τῷ Μακεδόνι ἔτος α' μῆνα α'.

καὶ Βασίλειος ὁ Μακεδών, ὃς ἀνηγορεύθη κατὰ τὸ ,ςς' ἔτος, ὁ μὲν η'. ἕτερος ιθ'.

Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ σοφὸς σὺν Ἀλεξάνδρῳ, κατὰ τὸ ,ςτξε' ἔτος, ἔτη κζ' μῆνας η'.

Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ σοφοῦ, σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἔτη η', κατὰ τὸ ,συκβ'.

Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς Ἀβαστάκτου ὁ Λακαπηνός, ὁ πρέσβυς, D *ὁ πενθερὸς τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου, σὺν αὐτῷ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἔτη κς'. ὁ τοιοῦτος Ῥωμανὸς ἀνηγορεύθη μηνὶ Δεκεμβρίῳ ια', ἰνδικτιῶνος η', ἔτους ,συκη'. μετὰ δὲ διετῆ χρόνον τῆς βασιλείας αὐτοῦ, κατὰ τὴν πρώτην ἰνδικτιῶνα τοῦ ,συλ' ἔτους, ἐξέθετο τὴν περὶ προτιμήσεως νεαράν. κατὰ δὲ τὴν*

1 i. e. ὁ ἀμοριεύς. Lamb. 3 γ'] θ' Vallicell. 10 ,ςτοδ' Lamb. 13 η'. ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μόνος κατὰ τὸ ,ςυκα' ἔτος τε α' μῆναν α'. cod. Vallicell. 19 ια'] ιζ' Vallicell.

Michael Balbus, Amoraeus, amens, ineptus et imaginum hostis, cum Theophilo filio, annos 8 menses 3.

Theophilus filius eius annos 12 menses 3.

Michael filius eius, cognomento ebriosus, cum Theodora matre sua piissima et orthodoxa, annos 15. hic imperare coepit anno 6349, et imperavit solus annos 10.

Idem Michael cum Basilio Macedone annum unum et mensem unum.

Basilius Macedo, qui imperator creatus est anno 6374, imperavit solus annos 19.

Leo filius eius cognomento Sapiens, cum Alexandro, anno 6397, imperavit annos 27 menses 8.

Constantinus primus Porphyrogenitus, filius Leonis sapientis, imperavit cum matre annos 8, anno 6422.

Romanus filius Abastacti Lacapenus, cognomento senior, socer Constantini Porphyrogeniti, imperavit cum ipso et filiis suis annos 26. hic Romanus imperator creatus est die undecimo Decembris, octava indictione, anno 6428. postquam vero biennium imperavit, prima scilicet indictione anni 6430, edidit novellam de iure praelationis. indictione

θεοφιλέστατε καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν νικῶν τε ἅμα καὶ λαμ-
πρῶς φαιδρύνων τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἀξιώματος, λέγε προθύμους,
ὡς ὁρᾷς, τοὺς ἀκουσομένους ἔχων, ἐφ' ὅπερ ἡμᾶς συνεκάλεσας.
δεῖξον τοῖς λόγοις ἃ τοῖς ἔργοις προϋπέδειξας. ἆρα γὰρ πάλιν B
κατὰ βαρβάρων νίκας ἀναστήσας καὶ τρόπαια, οἷς πολλάκις ἄλ-
λοις ἐπ' ἄλλοις ἡμᾶς ἐδεξιώσω φιλοφρονούμενος, ἐπὶ τούτοις

non apud nos solum circumscriptam esse, sed eius venerationem ad communem usque dominum referri: nam solennitatis splendor quantum nobis celebrantibus gloriae confert, tanta praebet nostrae erga dominum dilectionis argumenta. quando autem non eorum quae annuo ritu peraguntur memoriam celebrat, sed novi cuiusdam recentisque deo collati honoris encaenia persolvit, quis non ardentiorem amoris flammam ostendat celebrantiumque ornatum et gloriam clarius explicet? at quis tantus multitudinis concursus, quis conventus, quae celebritas? quis nos omnes evocavit? quis concivit? vultis dicam? annon e re fuerit ei potius dicendi ac celebritatis causam explanandi remittere, qui eius auctor et sapiens architectus fuerit? ille quippe praesens argumentum opportunius recenseat, qui animo prius conceptis rerum formis inimitabile in terra opus sapientissime condidit.

Dicas igitur nobis, imperator Christi amantissime ac religiosissime, qui decessores omnes una et antecellis ac dignitatis consortio praeclare exornas, dicas auditoribus alacri, ut vides, animo adstantibus, qua de causa nos invitaveris. ostende verbis ea quae operibus praemonstrasti. num rursus devictis barbaris tropaea erexisti, qualibus nos frequentissime, amore nostri commotus, liberaliter excepisti, nosque convocasti

συνήγειρας εὐφρᾶναί τε ἅμα καὶ τῷ δεδωκότι τὴν νίκην κοινὴν καὶ πάνδημον ἀναπέμψαι τὴν εὐχαριστίαν; ἢ λαβὼν ὑποσπόνδους ἄλλους, καὶ ταπεινώσας ὑψηλὸν καὶ γαῦρον καὶ ἀλλόφυλον φρόνημα, ὡς ἐπὶ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ εὐσεβοφρόνως ἀναφέρων πάντα τὰ σοὶ κατορθούμενα; ἢ πόλεις ὑπηκόους τὰς
C *μὲν πάλαι κάτω κειμένας ἀνορθώσας, τὰς δὲ καὶ ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνεγείρας, καὶ ἄλλων ἀνοικισμοὺς ἐργασάμενος, καὶ ταῖς πολιτείαις πυκνώσας τὰ ὅρια; ἢ πλουτῶν, καὶ ποιῶν εὐδαίμονας τὸ ὑπήκοον; δίδαξον ἡμᾶς, πρὸς σὲ τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἀφορῶντας ὀφθαλμόν, ἐπὶ τίνι τούτων ἡμᾶς συνεκάλεσας; ἢ σιγᾷς μὲν αὐτὸς ἐπιεικείας τρόπῳ, καὶ τῷ μὴ βούλεσθαί σε τὰ σὰ ἡμῖν διηγεῖσθαι κατορθώματα, οἷς ἀνάγκη τοὺς ἐπαίνους συνυφαίνεσθαι· ἐμὲ δὲ παρέχεις ὑπηχῆσαι τῷ λόγῳ τοῖς σοῖς*
D *ἔργοις ἐμπνεόμενον, τοῦ παρόντος συλλόγου τὸ αἴτιον;*

Ἄλλη τοιγαροῦν, ὦ φίλοι, τελετὴ καὶ ἄλλο μυστήριον σήμερον. ναὸς παρθενικὸς ἐπὶ γῆς ἐγκαινίζεται σήμερον, καὶ τῆς θεομήτορος, εἴπερ ἄλλο τι τῶν ἐγκοσμίων, ἐπάξιον οἰκητήριον. ναὸς παρθενικὸς ἐπὶ γῆς ἐγκαινίζεται σήμερον, βασιλικῆς μεγαλοπρεπείας ἔργον ὡς ἀληθῶς πολυύμνητον. ναὸς ἐν μέσοις αὐτοῖς
E *ἀνακτόροις, ἀνάκτορον ἄλλο θεῖον καὶ σεβάσμιον ἀνιστάμενος, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸ παραβολῇ καὶ συγκρίσει ἰδιωτικὰς οἰκίας ἀποφαίνων τὰ ἀνάκτορα, μᾶλλον δὲ τῷ οἰκείῳ κάλλει καὶ τῇ ἐνούσῃ λαμπρότητι καὶ ταῦτα περιαστράπτων καὶ φαιδρύνων καὶ πολὺ*

ut una laetemur ac largitori deo communes gratiarum actiones referamus? an ut, cum alios dediticios acceperis, ac superbum et arrogantem alienigenarum animum depresseris, omnia praeclare gesta in robustam dei manum pie referas? an subditis urbibus, quae iamdiu collapsae iacebant restauratis, aliorumque domiciliis exstructis, imperii finibus vario praesidio munitis, an partis divitiis subditisque felicitate donatis? nos, quaeso, doceas, qui ad te communem orbis oculum respicimus, cuius tandem horum gratia nos invitaveris? an siles modestiae causa, quod praeclara gesta tua recensere nobis non lubeat, quibus laudes enarrare tuas in officio est; mihique praestas, ut gestis animatus tuis praesentis conventus causam celebrare possim?

Alia igitur, amici, solennitas, aliud hodierna die mysterium. virginalis in terra templi encaenia hodie peraguntur, deique matre dignum, si quod aliud in mundo, habitaculum consecratur: virginale templum in terra hodie dedicatur, imperatoriae magnificentiae opus, vere multis laudum canticis celebrandum. templum in medio ipso palatio, divinum nempe aliud venerandumque palatium excitatur, eiusmodi scilicet ut comparatione facta imperatoria ipsa palatia pro privatis aedibus habeas; imo vero ea qua pollet venustate et pulchritudine ea

παρασκευάζων τοῦ προτέρου κόσμου σεμνότερα. εἴποις ἂν εἰς
αὐτὸν ἰδὼν οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργον, ἀλλὰ θείαν τινὰ καὶ
ὑπὲρ ἡμᾶς δύναμιν τὸ κάλλος αὐτῷ ἐπιμορφώσασθαι. προπύ-
λαια μὲν γὰρ τῷ ναῷ περικαλλῆ διεσκεύασται· καὶ γὰρ μαρμά- F
ρων διαλεύκων πλάκες λαμπρόν τι καὶ χάριεν ἀποστίλβουσαι,
ὅλην ἐναπολαβοῦσαι τὴν πρόσοψιν, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλας θέσιν
καὶ τὴν τῶν περάτων συνάφειαν τῷ ὁμαλῷ καὶ λείῳ, καὶ τῷ
προσηρμόσθαι λίαν ἀποκρύψασαι, εἰς ἑνὸς λίθου συνέχειαν γραμ-
μαῖς εὐθείαις ὥσπερ ἐπιγεγραμμένου, θαῦμα καινὸν ὁραθῆναι
καὶ ἥδιστον, τὴν τῶν ὁρώντων φαντασίαν ὑπάγουσιν. ἐξ οὗπερ
τὰς ὄψεις καὶ συνέχουσαι καὶ πρὸς ἑαυτὰς ἐπιστρέφουσαι οὐκ P 119
ἐθέλειν ποιοῦσι τὸν θεατὴν μεταχωρῆσαι πρὸς τὰ ἐνδότερα, ἀλλ'
ἐν αὐτῷ τῷ προτεμενίσματι τοῦ καλοῦ θεάματος ὁ προσιὼν ἐμπι-
πλάμενος, καὶ τοῖς ὁρωμένοις ἐρείδων τὰ ὄμματα, ὥσπερ τις
ἐρριζωμένος τῷ θαύματι ἕστηκεν. Ὀρφεῖ μὲν οἱ μῦθοι τῷ Θρᾳκὶ
κιθάραν κροτοῦσι, κινοῦσαν τοῖς φθόγγοις τὰ ἄψυχα. εἰ δὲ καὶ
ἡμῖν ἐξῆν εἰς μύθους ἀπαίρειν καὶ φοβερὰν ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν,
εἶπεν ἄν τις τοὺς προσιόντας τῷ προτεμενίσματι εἰς φυτῶν ἀπο-
δενδρουμένους φύσιν τῷ θαύματι μεταβάλλεσθαι· οὕτως ἅπαξ B
τις ἰδὼν δυσαποσπάστως κατέχεται.

Ἐπειδὰν δέ τις ἐκεῖθεν μόλις ἀποσπασθεὶς εἰς αὐτὸ παρακύψῃ τὸ τέμενος, ἡλίκης καὶ ὅσης οὗτος χαρᾶς τε ἅμα καὶ ταραχῆς καὶ θαύματος ἐμπίπλαται! ὡς εἰς αὐτὸν γὰρ τὸν οὐρανὸν

ipsa palatia illustrat, magnamque affert pristinis eius ornamentis accessionem. hoc templum conspicatus dicas non humanae artis opus esse, sed divinam quandam nobisque superiorem virtutem eam ipsi pulchritudinem indidisse. templi vestibulum egregio ornatu et decore concinnatum: candidi enim marmoris tabulae cum splendore et venustate fulgent, unoque conspectu singularum iuncturas et positiones leni subtilique commissura obtegunt, ita ut lapidem unum rectis distinctum lineis (res miraculo nova!) esse dixeris, ac intuentium oculi suavissime capiantur. indeque visum ita demulcent ac devinciunt, ut ad interiora conspicienda spectator accedere nolit, sed in ipso templi vestibulo spectaculi pulchritudine attonitus, fixis ad rem oblatam oculis, positis ceu radicibus prae stupore maneat immotus. Orpheo Thraci fabulae lyram assignant, quae soni venustate res inanimes moveat. quodsi nobis veritatem in fabulas transferre atque figmento stupendam reddere fas esset, dixerit aliquis eos qui vestibulum adeant in plantarum arborumque naturam miraculo attonitos concedere: ita qui semel coniecit oculos, aegre a spectaculo avellitur.

Postquam autem quis vix inde avulsus in ipsum delubrum prospexerit, quanto ille gaudio perturbatione et admiratione repletur!

μηδενὸς ἐπιπροσθοῦντος μηδαμόθεν ἐπιβεβηκώς, καὶ τοῖς πολυμόρφοις καὶ πανταχόθεν ὑποφαινομένοις κάλλεσιν ὡς ἄστροις περιλαμπόμενος, ὅλος ἐκπεπληγμένος γίνεται. δοκεῖ δὲ λοιπὸν C ἐντεῦθεν τά τε ἄλλα ἐν ἐκστάσει εἶναι καὶ αὐτὸ περιδονεῖσθαι τὸ τέμενος· ταῖς γὰρ οἰκείαις καὶ παντοδαπαῖς περιστροφαῖς καὶ συνεχέσι κινήσεσιν, ἃ πάντως παθεῖν τὸν θεατὴν ἡ πανταχόθεν ποικιλία βιάζεται τοῦ θεάματος, εἰς αὐτὸ τὸ ὁρώμενον τὸ οἰκεῖον φαντάζεται πάθημα.

Ἀλλὰ γὰρ χρυσός τε καὶ ἄργυρος τὰ πλεῖστα τοῦ ναοῦ διειλήφασιν, ὁ μὲν ψηφῖσιν ὑπαλειφόμενος, ὁ δὲ εἰς πλάκας ἀποξεόμενος καὶ τυπούμενος, ἄλλος ἄλλοις ἐπιπλασσόμενος μέρεσιν. D ἐνταῦθα ἐπικοσμούμενα κιονόκρανα, ἐνταῦθα δὲ διὰ χρυσῶν περιζώματα· ἀλλαχόθι δὲ ταῖς ἀλύσεσιν ἐπιπλεκόμενος χρυσὸς ἢ χρυσοῦ τι θαυμασιώτερον, ἡ θεία τράπεζα, σύνθημα. ἄργυρος δὲ περὶ τὰς πυλίδας καὶ στυλίδας τοῦ θυσιαστηρίου σὺν τοῖς περιστόοις· καὶ αὐτὸς ὁ κωνοειδὴς καὶ τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἐπικείμενος σὺν τοῖς ὑπερείδουσι στυλίσκοις καὶ ὑπωρόφοις. καὶ μαρμάρων δὲ πολυχρώμων ὅσα μὴ χρυσὸς ἐπέδραμεν ἢ ἄργυρος περιέλαβεν, E ἀμήχανόν τι καὶ τερπνὸν φιλοτέχνημα, τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ναοῦ διεκόσμησεν. ἡ δὲ τοῦ ἐδάφους θέα, εἰς ζῴων μορφὰς καὶ σχημάτων ἄλλας ἰδέας ταῖς πολυμόρφοις ψηφῖσι διαμορφωθεῖσα, θαυμαστήν τινα τοῦ τεχνίτου τὴν σοφίαν παρεστήσατο, παῖδας ὡς ἀληθῶς καὶ πλασμάτων πλάστας τοὺς Φειδίας ἐκείνους καὶ Παρρασίους καὶ Πραξιτέλεις καὶ Ζεύξιδας ἐν τῇ τέχνῃ ἀπελέγ-

tanquam enim in ipsum caelum nullo obstante adscenderit, variis et undequaque fulgentibus veluti astrorum splendoribus illustratus, totus in stuporem agitur; iamque et alia omnia loco moveri et ipsum delubrum circumvolvi putat. nam cum sese frequentibus motibus et conversionibus circumquaque vertat, quod spectatorem pati cogit spectaculi varietas, id in ipso spectaculo accidere spectator sibi confingit.

Atenim aurum et argentum plerasque templi partes occupant: aliud tessellis obductum est, aliud in laminas tabulasque diductum et efformatum, alind aliis partibus adhibitum. hic columnarum capitella ornata, istic circumposita aurea perizomata: alibi aurum catenis complicatum. at quae vel auro mirabiliore compositione struitur, sacra mensa est. argentum ad portulas et columellas altaris visitur cum peristyliis; ipsumque conicum divinae mensae tectum columellis fultum et fornicibus. varii coloris marmora, quae nec auro nec argento obtecta sunt, miro iucundoque artificio concinnata reliquis templi partibus ornamentum praebent. pavimenti species, in animalium aliarumque rerum figuras varie concinnata, adeo miram artificis sapientiam exhibet, ut huius comparatione Phidiae illi, Praxiteles Parrhasii et Zeuxides

ξασα. Δημόκριτος εἶπεν ἄν, οἶμαι, τὴν τοῦ ἐδάφους λεπτουργίαν ἐνιδών, καὶ ταύτῃ τεκμηρίῳ χρώμενος, μὴ ἂν πόρρω εἶναι F τὸ μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἀτόμους αὐτοῦ καὶ ὑπ' ὄψιν πιπτούσας ἀνευρῆσθαι· οὕτω πάντα πεπλήρωται θαύματος. ἑνὶ δέ μοι δοκεῖ μόνον ὁ τοῦ τεμένους ἀρχιτέκτων διημαρτηκέναι, ὅτιπερ εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χῶρον ἅμα πάντα συλλέξας τὰ κάλλη οὐκ ἐᾷ τὸν θεατὴν καθαρῶς ἐντρυφῆσαι τοῦ θεάματος, ἄλλων ἀπ' ἄλλων ἐφελκόντων τε καὶ μετασπώντων καὶ μὴ παραχωρούντων ὅσον τις ἐθέλει τοῦ ὁρωμένου κορέννυσθαι.

Ὃ δέ με παρέδραμε καὶ πρῶτον ῥηθῆναι ἔδει (ἀλλὰ γὰρ P 120 οὐδ' ἐν τοῖς λόγοις τοῦ τεμένους τὸ θαῦμα παρέχει τῷ λέγοντι καθαρῶς τὸ οἰκεῖον τελεῖν ἔργον), καὶ δὴ νῦν εἰρήσεται. ἐπ' αὐτῆς γὰρ τῆς ὀροφῆς ἀνδρείκελος εἰκὼν μορφὴν φέρουσα τοῦ Χριστοῦ πολυανθέσι ψηφῖσιν ἐγγέγραπται· εἴποις ἂν αὐτὸν τὴν γῆν ἐφορᾶν καὶ τὴν περὶ ταύτης διανοεῖσθαι διακόσμησίν τε καὶ κυβέρνησιν· οὕτως ἀκριβῶς ὁ γραφεὺς καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς χρώμασι τὴν τοῦ δημιουργοῦ περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐπίπνους γέγονεν B ἐντυπώσασθαι. τοῖς δὲ περὶ αὐτῇ τῇ ὀροφῇ τοῦ ἡμισφαιρίου τμήμασιν ἐγκύκλοις πληθὺς ἀγγέλων τῷ κοινῷ δεσπότῃ δορυφοροῦντες διαμεμόρφωνται. ἡ δ' ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς τῇ μορφῇ τῆς παρθένου περιαστράπτεται, τὰς ἀχράντους χεῖρας ὑπὲρ ἡμῶν ἐξαπλούσης, καὶ πραττομένης τῷ βασιλεῖ τὴν σωτηρίαν καὶ τὰ κατ' ἐχθρῶν ἀνδραγαθήματα. χορὸς δὲ ἀποστόλων καὶ μαρτύρων, ναὶ δὴ καὶ προφητῶν καὶ C

vere pueri figmentorum artifices videantur. Democritus sane, ut puto, conspecto tanti artificii pavimento, parum abesse dixisset quin suas atomos ob oculos versantes hic deprehenderet: sic cuncta plena miraculo. in uno tamen peccasse mihi videtur architectus, quod omni pulchritudinis genere unum in locum collecto spectatorem miraculo rerum frui non sinat, aliis subinde alio trahentibus ac pellicientibus, nec sinentibus ad libitum rei spectaculo satiari.

At quod me fugiebat primumque dicendum fuerat (nam admirandus templi ornatus oratorem suas exsequi partes non sinit), id iam dicturus sum. in ipsa namque superiori fornice virilis imago, Christi formam praeferens, lapillorum vario flore depicta nitescit. dixeris eum terram inspicere, eiusque ornatum ac gubernationem mente agitare: sic accurate pictor ipso habitu et gestu creatoris erga nos providentiam, afflante numine, expressit. in circularibus tholi, qui in hemisphaerii formam erigitur, sectionibus angelorum communem stipantium dominum multitudo depingitur. apsis vero quae ab altari assurgit, virginis forma resplendet, expansis nostri causa intemeratis manibus, ut imperatori salutem et victorias de inimicis pariat. chorus apostolorum et martyrum,

πατριαρχῶν, ὅλον πληροῦντες ταῖς εἰκόσι τὸ τέμενος ἐξωραΐζουσιν· ὧν ὁ μὲν καὶ σιγῶν, δι' ὧν πάλαι ἀνεφθέγξατο, βοᾷ ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, κύριε τῶν δυνάμεων· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου. ὁ δέ, ὡς θαυμαστὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος θεοῦ. ἐπιφωνεῖ δέ τις ἴσως καὶ τῶν οὐχ ἡμετέρων οὐδ' ἐγγεγραμμένων, καὶ ἄκων ἐπιθειάζων τὰ ἡμέτερα, ὡς καλοί σου οἱ οἶκοι, Ἰακώβ, D *αἱ σκηναί σου, Ἰσραήλ, ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμούς, καὶ ὡς αἱ σκηναὶ ἃς ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος.*

Πάλαι μὲν οὖν τῷ θεόπτῃ Μωσῇ θείῳ προστάγματι σκηνὴ κατεσκεύαστο θυσίαν τε θῦσαι θεῷ καὶ ἁμαρτίας λαοῦ ἐξιλάσασθαι, καὶ τῷ Σολομῶντι δὲ βασιλεῖ ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς ὕστερον, τερπνόν τι χρῆμα καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν τῷ κάλλει καὶ μεγέθει, καὶ τῇ πολυτελείᾳ ἀποκρυψάμενος. ἀλλ' ὅσον σκιὰ καὶ E *τύπος ἀληθείας καὶ πραγμάτων αὐτῶν ὑποβέβηκε, τοσοῦτον ἐκεῖνα τοῦ νῦν ἐξοικοδομηθέντος ναοῦ τῷ πιστῷ καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ ἡμῶν, οὐχ ὅτι ὁ μὲν τῆς χάριτος καὶ τοῦ πνεύματος τὰ δὲ τοῦ νόμου καὶ τοῦ γράμματος, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ κάλλει καὶ τῇ ἄλλῃ τεχνουργίᾳ καὶ δεξιότητι τὰ δεύτερα φέρουσι.*

Καὶ τί ἄν τις ἐν οὕτω βραχεῖ καιρῷ τὰ τοῦ περιωνύμου τεμένους λόγῳ πειρᾶται περιέρχεσθαι θαύματα, ὅπου γε οὐδ' αὐτὴ ἡ ὄψις οὐδ' ἐπὶ συχνὸν χρόνον, καί τοι τὰς ἄλλας αἰσθή- F *σεις τῷ τάχει κατόπιν ἄγουσα, ἀντιλαβέσθαι τούτων οὐδαμῶς*

prophetarum item et patriarcharum, qui totum templum pictis imaginibus replent, egregium ipsi ornatum conciliant. horum alius, tametsi sileat, haec quae olim protulerat vociferatur, "quam dilecta tabernacula tua, domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria domini;" alius vero, "quam mirabilis est locus iste! non est hoc nisi domus dei." succinit fortasse alius, qui nec ex nostris nec in libro descriptus, vel invitus nostra divinitus celebrat, "quam pulchrae domus tuae, Iacob; tabernacula tua, Israel! tanquam paradisi super flumina, et sicut tabernacula, quae fixit deus et non homo."

Olim quidem a dei conspectore Moyse dei ipsius iussu tabernaculum excitatum est ad hostias deo immolandas ac populi delicta expianda. Salomon vero rex templum deinde Hierosolymis condidit, opus aspectu delectabile, quod omnia priora pulchritudine amplitudine et sumptu longe obscuraret. at quantum umbra et figura veritati rebusque ipsis concedunt, tantum illa huic templo, quod iam fidelis magnusque imperator noster exstruxit; non quia hoc gratiae et spiritus, illa vero legis et literae opus sunt, sed quia pulchritudine arte et aedificii elegantia vetera illa secundas ferunt.

Ecquis vero tam brevi temporis spatio celeberrimi templi miracula tentet oratione percurrere, quando ne ipsum quidem visum, etsi reliquos sensus celeritate longe superet, haec longo temporis intervallo

ἐλέγχεται κατισχύουσα. χαίρω γοῦν ἔγωγε οὐδὲν ἧττον, εἰ καὶ τὸ ἔλαττον ὁ λόγος ἀπηνέγκατο, ἢ εἰ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ μέτρον τῆς ἱκανῶς ἐχούσης ἀφίκετο διηγήσεως· οὐ γὰρ τῆς ἐν λόγῳ δυνάμεως ἐπίδειξιν, ἀλλὰ τὸ κάλλιστόν τε εἶναι τὸν ναὸν καὶ ὡραιότατον καὶ νικῶντα νόμους ἐκφράσεως παραστῆσαι προήρημαι. P 121

Ἀλλά μοι πρὸς σὲ ὁ τοῦ λόγου δρόμος τὸν τοῦ συλλόγου αἴτιον ἐπιστρεφόμενος ἰθυνέσθω. χαῖρε τοιγαροῦν, ὦ βασιλεῦ θεοχαριτώτατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ ἀνακαινίζου τὴν κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν ἐπ᾽ ἔργοις ἀγαθοῖς ἀκμάζων νεότητα· τοῦ τε περιωνύμου ναοῦ καὶ τῶν τῆς σῆς σοφίας ἔργων καὶ χειρὸς ἑορτάζων τὰ ἐγκαίνια ἔντεινε καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, ἕνεκεν B ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης. ὁδηγεῖ γάρ, ὡς ἔνεστιν ἰδεῖν ἐναργῶς, καὶ ὁδηγήσει σε ἡ τοῦ ὑψίστου δεξιὰ τοῦ κτίσαντός σε καὶ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων εἰς βασιλέα τοῦ οἰκείου καὶ περιουσίου λαοῦ χρίσαντος. συνευφραίνου καὶ συνανακαινίζου καὶ αὐτός, τῶν ὅσους ἥλιος ἐπεῖδε Καισάρων τὸ ἐγκαλλώπισμα, σοφίᾳ τε καὶ συνέσει τοὺς ἔμπροσθεν παρευδοκιμῶν καὶ τῇ θείᾳ σε ψήφῳ, ἀλλὰ μὴ σπουδαρχήσαντα, μηδ᾽ ἀνθρωπίναις περιδρομαῖς τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν ἀναδέξασθαι. συνευφραίνου τοί- C νυν καὶ συνανακαινίζου τῷ μέτοχόν σε προσειληφότι καὶ κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐπὶ κοινῇ τε σωτηρίᾳ τῶν ἀρχομένων, καὶ ἀξίως τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ ἀψευδεστάτης ἀγαπήσεως. διὰ γὰρ

satis percipere vel comprehendere posse liquet? non itaque minore gaudio repleor, etiamsi rebus ipsis minor oratio videatur, quam si haec pro rei dignitate enarrassem. non enim id propositum fuit ut dicendi vim ostentarem, sed ut templum pulcherrimum ac venustissimum esse longeque descriptionis leges vincere comprobarem.

Verum ad te, celebritatis auctorem, orationis cursus dirigatur. gaude itaque, imperator deo acceptissime ac religiosissime, ac renovare, tum iuventute corporis et animae in bonis operibus florens, tum celeberrimi templi operumque sapientiae manusque tuae encaenia celebrans: intende, prospere procede, et regna propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam; nam deducit, ut palam videre licet, deducetque te dextera altissimi, qui creavit te et ab ipsis incunabulis in proprii ac peculiaris populi sui imperatorem unxit. collaetare pariter atque innovare ipse, omnium quos unquam sol aspexit gloria Caesarum, quippe sapientiae ac prudentiae laude maioribus longe praecellens, quodque divino suffragio, non ambitu et humanis machinationibus tantum imperium excipias. laetare igitur et innovare cum eo qui te imperii socium atque consortem ad communem subditorum utilitatem, ut affectum verissimamque erga eum dilectionem tuam decebat, allegit. per vestram

τῆς ὑμετέρας δυάδος ἡ τριὰς εὐσεβῶς λατρευομένη τε καὶ προσκυνουμένη, τὴν ἑαυτῆς πρόνοιαν εἰς πάντας ἐξαπλοῦσά τε καὶ διαπορθμεύουσα, σοφῶς πηδαλιουχεῖ καὶ διακυβερνᾷ τὸ ὑπήκοον.

D *Χαίρετε καὶ ὑμεῖς, ὦ τῆς βουλῆς πατέρες, πολιὰ σεμνὴ καὶ αἰδέσιμος, πιστῷ καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ καὶ σεβαστῷ συνανακαινιζόμενοι Καίσαρι, τοῦ περιωνύμου ναοῦ συνεορτάζοντι τὰ ἐγκαινίσματα. χαίρει δὲ καὶ συνευφραίνεται καὶ ὅσον ἱεροφαντικόν τε καὶ ἀρχιερέων πλήρωμα, οἰκεῖον κλέος καὶ καύχημα τὴν τοῦ ναοῦ ποιούμενοι καθιέρωσιν. χαίρετε δὲ καὶ συγχορεύετε καὶ ὑμεῖς, ὦ ὑπόλοιπον καὶ φιλόθεον ἄθροισμα, ἄλλον οὐρανὸν*
E *ὁρῶντες ἐπὶ γῆς τὸν τῆς παρθένου ναὸν ἐγκαινιζόμενον σήμερον· ἧς ταῖς πρεσβείαις τύχοιμεν ἅπαντες καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ ἀτελευτήτου χάριτος καὶ ἀγαλλιάσεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.*

enim duorum societatem trinitas pie culta et adorata, suam ad omnes providentiam explicans et transmittens, sapienter subditos regit atque gubernat.

Vos quoque gaudete, patres conscripti, gravis venerabilisque senatus, qui cum fideli atque magno imperatore et Augusto ac cum Caesare clarissimi templi encaenia pari voto celebrante renovamini. gaudet vero et una laetatur totus episcoporum et antistitum coetus, qui templi consecrationem decus sibi atque gloriam conferre ducit. gaudete item ac choreas agite vos, o religiosa multitudo, aliud caelum in terra videntes, virginis templum, cuius hodie encaenia colimus; cuius intercessionibus utinam omnes beatae illius et immortalis gratiae ac exsultationis compotes efficiamur in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et imperium nunc et semper et in saecula. amen.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΑΦΩΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ

ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΝΑΩι ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ. *)

*Ἐν τῷ ἡρῴῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔμπροσθεν
κατὰ ἀνατολὰς κεῖται ἡ λάρναξ τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου* P 122
πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται αὐτὸς μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἑλένης.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ μέγας.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ μικρός.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζήνων. B

*) Libellum hunc ex codice Regio (C) sumptum primus edidit Bandurius Imp. Orient. t. 1. Antiq. Cpolit. lib. 6 p. 121.

DE SEPULCRIS IMPERATORUM

QUAE SUNT IN TEMPLO SS. APOSTOLORUM.

In heroo sancti et magni Constantini versus Orientem iacet urna eiusdem magni Constantini porphyretica, in qua depositus est ipse cum matre sua Helena.

Alia urna porphyretica, in qua depositus est Constantinus, filius magni Constantini.

Alia urna porphyretica, in qua depositus est Theodosius magnus.

Alia urna porphyretica, ubi tumulatur Theodosius iunior.

Alia urna prasina Thessalica, in qua iacet Zeno.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος ἱερακίτις, ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ μέγας.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία.

Ἑτέρα λάρναξ Νικητιανή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἀναστάσιος ὁ δίκορος μετὰ Ἀριάδνης.

C *Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Βασίλειος ὁ Μακεδών, Εὐδοκία καὶ Ἀλέξανδρος.*

Ἑτέρα λάρναξ Σαγγαρινὴ φλεγμενούσιος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ φιλόσοφος καὶ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ λευκή, ἡ λεγομένη βασιλική, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται τὸ D *λείψανον τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς καὶ Εὐδοκίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς.*

Ἑτέρα λάρναξ Βιθυνή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζωὴ ἡ δευτέρα γυνὴ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ τρίτη γυνὴ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος.

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ θυγάτηρ Λέοντος Ἄννα.

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς.

E *Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ Ἀμορραῖος.*

Alia urna prasina hieracitis (id est ex marmore viridi obscuro), ubi reconditus est Leo magnus.

Alia urna porphyretica, ubi tumulantur Marcianus et Pulcheria.

Alia urna Nicetiana, in qua iacet Anastasius Dicorus cum Ariadna.

Alia urna prasina Thessalica, ubi tumulantur Basilius Macedo, Eudocia et Alexander.

Alia urna Sangarina Phlegmenusia, in qua depositus est Leo philosophus et Constantinus filius eius.

Alia urna alba, quae dicitur Basilica, in qua iacet Constantinus filius eius.

Alia urna prasina Thessalica, in qua reconditae sunt reliquiae S. Theophanonis et Eudociae filiae eius.

Alia urna Bithynica, in qua tumulatur Zoe secunda uxor Leonis philosophi.

Alia urna prasina Thessalica, ubi deposita est tertia uxor eiusdem Leonis.

Alia urna Proconnesia, in qua iacet Anna Leonis filia.

Alia urna, in qua reconditur Nicephorus Phocas.

Alia urna, in qua depositus est Michael Amorrhaeus.

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, ὁ λεγόμενος τὸ καλὸν παιδίον.

Ἔσωθεν δὲ τοῦ αὐτοῦ ναοῦ ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος καὶ ἀδελφὸς βασιλέως Βασιλείου τοῦ Βουλγαροκτόνου. οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ῥωμανοῦ τοῦ λεγομένου καλοῦ παιδίου καὶ μητρὸς αὐτῶν Θεοφανοῦς, ἐν ᾗ ἀπό- F κειται καὶ αὐτὴ εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ αὐτοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου.

Ἡρῷον τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.

Λάρναξ κατὰ ἀνατολὰς ἀπὸ λίθου ξένου καὶ ἀλλοκότου, μέσην χροιὰν ἔχουσα τοῦ τε Βιθυνοῦ καὶ Χαλκηδονίτου παρὰ P 123 λίθου ὀστρέτου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰουστινιανός.

Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ἱεροπολίτου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδώρα ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πρὸς δυσμὰς εἰς τὸ δεξιὸν μέρος, τὴν χροιὰν ῥοδοποικίλος, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ Ἰουστίνου.

Ἑτέρα λάρναξ λευκὴ Προικοννήσιος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰουστῖνος ὁ μικρός.

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννήσιος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Σοφία ἡ γυνὴ B Ἰουστίνου.

Alia urna, in qua tumulatur Romanus Constantini Porphyrogeniti filius, qui bonus puer cognominabatur.

Intra templum alia urna, in qua depositus est Constantinus Porphyrogenitus, frater imperatoris Basilii qui Bulgaros concidit. hi sunt filii Romani, qui bonus puer cognominabatur, et Theophanonis, quae deponitur in eadem urna ad dextrum eiusdem templi S. Constantini latus.

Heroum magni Iustiniani.

Urna ad Orientem ex lapide peregrino et extraneo, medium colorem habente Bithynicum et Chalcedonitem inter atque Ostritum; in qua depositus est Iustinianus.

Alia urna ex lapide Hieropolitano, in qua iacet Theodora uxor eius.

Alia urna ad occidentem in dextro latere, colore roseo maculis distincto, in qua iacet uxor Iustini.

Alia urna alba Proconnesia, ubi reconditus est Iustinus iunior.

Alia urna Proconnesia, ubi deposita est Sophia uxor Iustini.

Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου λευκοῦ Δοκιμίνου ὀνυχίτου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἡράκλειος.

Ἑτέρα λάρναξ] πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Φλαβία ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ πωγωνάτος.

C Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Φαῦστα.

Ἑτέρα λάρναξ Σαγγαρινή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου, υἱοῦ Ἡρακλείου.

Ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος Σαγγαρινή, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ Ἱεραπολῖτις, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου.

D Ἰστέον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου ἐξεβλήθη ἀπὸ τοῦ ἡρώου παρὰ Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας, καὶ τὸ μὲν μιαρὸν αὐτοῦ σῶμα κατεκαύθη, ὁ δὲ λίθος τοῦ τάφου ἐπρίσθη, καὶ ἐχρημάτισεν εἰς συστήματα τοῦ παλατίου.

Ἑτέρα λάρναξ ἐκ λίθου Προικοννησίου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ Ἴσαυρος.

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννήσιος Μιχαὴλ τοῦ τραυλοῦ καὶ Θέκλας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

E Ἑτέρα λάρναξ πράσινος, ἐν ᾗ ἀπόκειται ὁ Θεόφιλος.

Στοὰ ἑτέρα, ἥτις ἐστὶ τὰ νῦν ἀσκέπαστος, ἐν ᾗ ἀπόκειται

16 ἐμπρήσθη vulgo.

Alia urna ex lapide albo docimino onychita, ubi iacet Heraclius.

Alia urna prasina Thessala, in qua deposita est Flavia uxor eius.

Alia urna Proconnesia, in qua iacet Constantinus Pogonatus.

Alia urna prasina Thessala, ubi recondita est Fausta.

Alia urna Sangarina, in qua depositus est Constans filius Constantini, filii Heraclii.

Alia urna centum lapidum Sangarina, in qua recondita est uxor eius..

Alia urna Hierapolitana, in qua iacet uxor Copronymi.

Sciendum est urnam Copronymi eiectam fuisse ex heroo a Michaele et Theodora, exsecrandumque cadaver eius combustum fuisse. lapis autem sepulcri serra dissectus est et ad palatii compages destinatus.

Alia urna ex lapide Proconnesio, in qua iacet Leo Isaurus.

Alia urna Michaelis Balbi et Theclae eius uxoris.

Alia urna Prasina, ubi depositus est Theophilus.

Porticus altera, quae iam tecto caret, in qua tres urnulae por-

λαρνάκια τρία πορφυρᾶ Ῥωμαῖα, τὸ πρὸς μεσημβρίαν Ἀρκαδίου, τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν Εὐδοξίας.

Στοὰ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ ναοῦ πρὸς ἄρκτον, ἐν ᾗ κεῖται λάρναξ ἀπὸ λίθου τιμίου Ῥωμαίου, ἐν ᾗ ἀπετέθη τὸ παμμίαρον F *σῶμα Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.*

Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ῥωμαίου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰοβιανός.

Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μάμαντος, πλησίον τοῦ τείχους τῆς πόρτης τῆς Ξυλοκέρκου, ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλη- P 124 *σίας ἐξ ἀριστεροῦ μέρους ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντία ἡ τοῦ Μαυρικίου γυνὴ μετὰ τῶν τέκνων αὐτοῦ. ἐν δὲ τῇ καταφυγῇ τῆς αὐτῆς μονῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐξ ἀριστερῶν ἵσταται λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται τὸ σῶμα Μαυρικίου σφαγέντος ἀπὸ Φωκᾶ.*

Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας τριάδος τῆς ἐπονομαζομένης τὰ Σταυρακίου, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου ἵσταται λάρναξ B *Σταυρακίου βασιλέως καὶ Θεοφανοῦς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.*

Εἰ δὲ ἐν τῇ μονῇ τῶν Λιβαδίων τῆς κυρᾶς Εὐφροσύνης ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου Βιθυνοῦ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Εἰρήνης ὁ τυφλωθεὶς παρ' αὐτῆς, καὶ Μαρία ἡ πρώτη αὐτοῦ γυνή, ἡ γεγονυῖα ἐγγονὴ τοῦ ἁγίου Φιλαρέτου τοῦ

phyreticae Romanae depositae sunt, quarum ea quae ad meridiem locatur Arcadii est; quae ad septentrionem, Theodosii filii eius; quae ad Orientem, Eudoxiae.

Porticus alia eiusdem templi ad septentrionem, in qua iacet urna ex lapide pretioso Romano, ubi depositum est exsecrandum cadaver Iuliani apostatae.

Altera urna ex lapide Romano, ubi reconditur Iovianus.

Sciendum est in monasterio S. Mamantis, proxime murum portae Xylocerci, in narthece ecclesiae a sinistro latere urnam stare ex lapide tessellis lapideis distincto, in qua reconditur Constantia Mauricii uxor cum filiis suis. in loco autem abdito eiusdem monasterii ad orientem a sinistro latere stat urna, in qua reconditur corpus Mauricii, qui a Phoca occisus est.

Sciendum est in monasterio S. Trinitatis, quae cognominatur Stauracii, a dextro latere ecclesiae, in oratorio S. Ioannis praecursoris, stare urnam Stauracii imperatoris et Theophanonis uxoris eius.

Et in monasterio Libadiorum dominae Euphrosynae locatur urna ex lapide Bithyno, in qua iacet Constantinus filius Irenes, ab ea excaecatus, et Maria eius prima uxor, abneptis S. Philareti Eleemonis,

ἐλεήμονος, καὶ αἱ δύο αὐτῶν θυγατέρες, Εἰρήνη καὶ Εὐφροσύνη, ἡ γυνὴ Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ τραυλοῦ, καὶ Ἄννα ἡ θυγάτηρ Θεοφίλου τοῦ βασιλέως.

C Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ γυναικείῳ μονῇ τῶν Γαστρίων, εἰς τὸ πρὸς ἀνατολὰς δεξιὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας, ἐτάφη τὸ σῶμα τῆς ἁγίας Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, καὶ αἱ τρεῖς αὐτῆς θυγατέρες Θέκλα Ἀναστασία καὶ Πουλχερία.

duaeque ipsorum filiae, Irene et Euphrosyne, uxor Michaelis Balbi, et Anna filia Theophili imperatoris.

Sciendum est in monasterio Gynaecei Gastriorum, ad dextrum latus ecclesiae versus Orientem, sepultum esse corpus S. Theodorae, uxoris Theophili imperatoris, tresque filias ipsius Theclam Anastasiam et Pulcheriam.

Peter Lambeck (Lat. Lambecius, or Lambeccius).

IOANNIS MEURSII ET PETRI LAMBECII

AD

GEORGIUM CODINUM

NOTAE ET ANIMADVERSIONES.

MEURSII ET LAMBECII AD CODINUM NOTAE.

p. 3. Γεωργίου τοῦ Κωδίνου] facilius dixerim quo tempore hic auctor non vixerit quam quo vixerit. in libro enim de Officiis aulae Cpolitanae meminit Ioannis Cantacuzeni et Theodori Metochitae, qui sub primis Palaeologis aetatem egerunt. Meurs.

p. 3. περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντίνου πόλεως scripsere etiam Leo Byzantius libris septem, teste Suida, et Priscus Panita, qui temporibus Theodosii vixit. auctor est idem Suidas in Πρίσκος. et meminit huius non semel Iornandes de Reb. Get. sed corruptum eius nomen est apud Euagrium Hist. Eccl. 2 1: Μαρκιανὸς τοίνυν καὶ ἄλλοι τε πολλοῖς καὶ μὲν καὶ πατρίσκῳ ἱστόρηται τῷ ῥήτορι. corrigo καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ μὲν καὶ Πρίσκῳ ἱστόρηται. et postea apud eundem occurrit incorruptum. eius Eclogas de legationibus edidit nuper eruditissimus vir, David Hoeschelius. Meurs.

p. 3 v. 1. [Codex C apud Bandurium ita incipit.

ἄρχει σὺν θεῷ ἁγίῳ τὰ πάτρια τῆς πόλεως.
Ὦ πῶς μετῆλθες τὰς κεκρυμμένας πάγας,
καὶ πῶς σοφῶς ἤγαγες αὐτὰς εἰς φάος;
εἰ μὴ γὰρ αὐτὸς ἐκ θεοῦ ἐπεσκέπτου (ἐπεσκέπου?),
οὐκ ἂν καθεῖλες δυσμενῶν ὀφρύν, μέδον.
χώρει κατ' ἄκρων ἀρεταῖς ἐστεμμένος.
ἔχεις γὰρ αὐτὰς συμμαχούσας σοι πάλαι,
ὅπλον κραταιὸν εἶδες ἐν μάχαις [φέρειν add Band.]
φρόνησιν ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην,
δικαιοσύνην, συνεζευγμένας ταύτας,
θεοῦ φυλάττων ἐντολάς, αὐτοκράτορ,
πραῢς ταπεινὸς καὶ γαληνὸς τυγχάνεις.
σύμπασιν ἁπλοῖς σαυτὸν τοῖς μονοτρόποις (i. e. monachis),
καὶ πλουτοποιεῖς δωρεαῖς ὑπερτάτοις·
ὅθεν σε Χριστὸς ἀνταμείβεται πλέον
σκέπων, φυλάττων ἐν πάλαις ἐναντίων,
τ' αὐτοὺς τρόπους (τροπώσας Band.) δεξιὸς ὁλοτρόπως.

μνήμην λοιπὸν ἄπαυστον ἐν βίῳ, ἄναξ,
τῶν σῶν τροπαίων, μὴ μαρανθεῖσαν χρόνῳ,
οἴκους ναοὺς στήλας τε καὶ τειχῶν θέσεις,
ἐς ἓν συνάψας ἀκριβῶς Βυζαντίου,
Ἀλεξίῳ μέδοντι Κομνηνῷ φέρω.]

p. 3 v. 5. *Βορβύζης*] vocatur *βαρύβυσσος* apud Suidam in *Ἡράκλειος*. Meurs.

p. 4 v. 6. *νήσου τῆς νῦν Καταγωνίας*] Meursius in notis ad Hesychium pro *καταγωνίας* hic legendum censet *Καταωνίας*. sed profecto, quisquis Cornelii Nepotis, Constantini Porphyrogeniti et reliqua ab eo citata geographorum loca inspiciet, primo animadvertet intuitu Cataoniam, cuius ibi mentio fit, non esse insulam sed regionem supra Ciliciam in continenti sitam, quae etiam pro parte Cappadociae habetur. vera igitur huius loci emendatio haec est: *ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατάγοντας*. Nisus autem hic intelligitur Pandionis filius, Megarensium rex, a quo ipsa Megaris *Νισαία* denominata fuit, ut testatur Stephanus: *Νισαία*, inquit, *ἐπίνειον Μεγαρίδος καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος*. vide praeterea Strabonem principio libri noni, et scholiasten Theocriti ad ista verba Idyll. 12: *Νισαῖοι Μεγαρεῖς*. similiter etiam corrigendus et vertendus est Hesychius, apud quem perperam legitur *ἀπὸ νήσου τὸ γένος κατάγοντας*, quod interpres vertit *ex insula oriundos*. Lamb.

p. 4 v. 18. *κέρας*] Plinius l. 4 c. 11 appellat *Chrysoceras*, et promontorium facit. Strabo et Polybius *sinum* dicunt. Meurs.

p. 4 v. 20. *Κερόεσσαν*] sic quoque a Stephano vocatur in *Βυζάντιον*: ergo corrige Etymologici auctorem in *Βύζαντες*: *ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κεροέσσης τῆς Ἰοῦς θυγατρὸς καὶ Ποσειδῶνος*. male hodie *τοῦ Κρεούσης*. Meurs.

p. 5 v. 6. *Βυζίης*] ut ratio constet derivationi nominis Byzantis, non dubium est quin scribendum sit *Βύζης*. [non peius *Βύζας* a *Βυζίη* quam *κέρας* a *Κερόεσσα*.] quod autem addit Codinus, Byzantios ad colendum memoriam Nymphae Byzae aquas eius haurire solitos fuisse, id referendum esse puto ad Borbyzen fluvium, qui itidem Byzantis educator creditus fuit. Lamb.

p. 5 v. 22. *ὁ μὲν οὖν Βύζας*] factum hoc regnante Tullo Hostilio. Cassiodorus in Chronico: *Tullus Hostilius regnavit annis* 32, *qui primus apud Romanos purpura usus est. huius temporibus Chalcedon conditur et Byzantium, quae nunc Cpolis dicitur*. Meurs.

p. 6 v. 3. *τοὺς γὰρ ἐν αὐτῇ πύργους*] de septem Byzantii turribus huic loco congrua vide apud Suidam in *Βυζάντιον*, Cedrenum, et Zonaram Annal. 3 in initio. Meurs.

p. 6 v. 8. *ἱστάμενον ἐντὸς τοῦ τείχους*] scribe *τοῖς ἐντὸς ἱσταμένοις τοῦ τείχους*, ut referantur haec verba non ad turrim Herculis sed ad urbis incolas. confirmant hanc lectionem Hesychius et fragmentum historicum de turribus vocalibus Byzantii, quod ex antiquo codice bibliothecae Regiae depromptum huc apposui. *ὅτι Βύζας ὁ τὸ Βυζάντιον κτίσας τὴν πόλιν ἀνήγειρεν τείχεσι μεγάλοις καὶ πύργοις περικαλλέσιν ἑπτά. ξένον δέ τινα καὶ ἀξιοθαύμαστον οἱ πύργοι οὗτοι τὴν ἐνέργειαν εἶχον. εἴποτε γάρ φησι σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα, ἀνθρώπου τυχὸν ἢ ἄλλου ζώου ἢ καὶ λίθου βολῆς, ἑνὸς τῶν ἑπτὰ τούτων πύργων ἐπεγένετο, εὐθὺς εἰς τὸν μετ' αὐτὸν ὁ ἦχος διέβαινε, καὶ καθεξῆς διὰ τῶν ἄλλων μέχρι τοῦ ἐσχάτου παρεπέμπετο, καθαρὸς οἷος ἐξ ἀρχῆς ἐξεφωνήθη, εἴτε ἔναρθρος εἴτε καὶ ἄναρθρος. ἀλλὰ καὶ ὁ εἷς τῶν ἑπτὰ τούτων πύργων, ὁ καὶ τοῦ Ἡρακλέος καλούμενος, τὰ τῶν πολεμίων ἔξωθεν μυστήρια, τῶν εἰς πολιορκίαν τυχὸν τῆς πόλεως καθισταμένων, ἔνηχα ἐποίει τοῖς ἐντὸς καὶ ἀκουστά. ἵδρυτο δὲ ὁ πῦργος οὗτος ἐν τῷ τῆς ἀκροπόλεως λόφῳ, ὃς νῦν Κυνήγιον ὀνομάζεται.* caeterum ex hoc fragmento et antiquissimo codice Palatino Hesychius quoque corrigendus est, apud quem perperam legitur *σάλπιγξι ἢ φωνῇ τις ἑτέρᾳ* pro *σάλπιγξ ἢ φωνή τις ἑτέρα*. Lamb.

p. 6 v. 13. *Μηνᾶ*] de hoc Mena infra dicemus. Meurs. sensus est, templum Neptuni in eadem urbis regione fuisse ubi postea S. Menae martyri aedes dicata est. quare frustra obiiciunt quidam Codinum dicere quod templum S. Menae antea Iovis fanum fuerit. nam licet hoc verum sit, non propterea sequitur alterum falsum esse, cum idem templum eodem tempore et Iovis fanum esse potuerit, et in eadem urbis regione exstructum esse in qua Neptuni fanum situm erat. Lamb.

p. 6 v. 17. *Στρατηγίου*] Severus postea restauravit. vide Suidam in *Σεβῆρος*. Meurs.

p. 6 v. 20. *Συκαῖς*] palatium erat. Victor Cumunensis in Chronico: *Theodosius Cpoli Sugas relegatus totum pene palatium et maximam regiae urbis partem sua perfidia maculavit.* et in propinquo portus. Strab. l. 7: *ἐπὶ τὸν ἐπὶ τῇ συκῇ καλούμενον λιμένα.* Zonaras in Leontio: *ἅμα τῷ στόλῳ καταλαβὼν τὸ Βυζάντιον ἐν συκαῖς τὰ σκάφη προσώρμισεν.* mentio etiam huius loci est Novell. 59 et apud Euagrium 3 33, item 4 36. vide nostrum Glossarium in *σκάλα*. Meurs.

p. 7 v. 5. post vocem *προθυμούμενος* interpungendum est: hucusque enim sermo fuit de Haemo. caetera vero quae sequuntur, ad Byzantem pertinere atque ita supplenda esse censeo: *οὐχ ὑπομείνας δὲ ὁ Βύζας τὴν ἔφοδον τοῦ βαρβάρου*, etc. eodem modo corrigendus est Hesychius, apud quem aeque mutilus hic locus legitur. Lamb.

p. 7 v. 13. *τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ*] eodem strategemate adversus Eumenem usus est Hannibal, ut refert Cornelius Nepos in eius vita. Lamb.

p. 8 v. 2. *τῆς γείτονος Χαλκηδόνος*] nam septem tantum stadiis distabat. Plinius l. 6 c. ult. Meurs.

p. 8 v. 3. *δεκαεννέα ἔτεσιν*] Herodotus l. 4 septendecim tantum. Meurs.

p. 8 v. 9. *τυφλοὺς ἐκάλεσαν*] Tacitus Annal. 12, Polybius l. 4, Strabo l. 7, Herodotus etiam l. 4, Plinius 5 32, Manasses in Annalibus. Meurs.

p. 8 v. 22. *πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων δεξαμενὰς*] ad hunc Codini locum illustrandum pertinet fragmentum historicum, quod ex antiquo codice bibliothecae Regiae excerptum hic subiunxi. *ὅτι ἐνοχλουμένων ὕστερον τῶν Βυζαντίων ὑπὸ τῶν ὄφεων, διαφθειρόντων αὐτοῖς τὰ ὕδατα, ὁ Τυανεὺς Ἀπολλώνιος ἀπὸ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνέστησε πελαργούς, οἵ τινες οὐκ ἐῶσιν ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει πελαργούς. ἐκεῖνοι γὰρ πνίγοντες τοὺς ὄφεις πρώην ἠκόντιζον νεκροὺς κατὰ τῶν δεξαμενῶν.* Lamb.

p. 9 v. 2. *πελαργοὺς*] id est, ciconiarum statuas magice consecratas seu *τετελεσμένας*, quae ciconias ingredi prohibebant. huc respexit Iustinus Martyr ita loquens: *εἰ θεός ἐστι δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύνανται; καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς καὶ ἀνέμων φορὰς καὶ μυιῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομάς, ὡς ὁρῶμεν, κωλύουσι.* vide prolixius super hac re disserentem Salmasium in Flavium Vopiscum. hoc duntaxat addo, eiusdem generis *τελέσματα* fuisse illa *σεισμῶν φυλακτήρια*, quae Marinus in posteriore parte vitae Procli, hactenus inedita, ab ipso ait erecta fuisse; item illa *ἀγάλματα ὑγιείας περιποιητικὰ καὶ νοσοποιὰ δημιουργήματα*, quorum meminit Psellus in libro *ἀνεκδότῳ*, cui titulus est *τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες*. Lamb.

p. 9 v. 13. *νεφέλας πυρὸς* vocat nubes ardentes et lucidas. simili loquendi formula utitur Suidas in v. *Μαξέντιος*: *εἶδεν*, inquit, *ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον πυρός*. Lamb.

p. 9 v. 17. *οὗ δὴ χάριν*] ob eandem causam aliquot Byzantiorum numismatibus figuram lunae insculptam videmus, cum hac inscriptione: *ΒΥΖΑΝΤΙΝΗ ΣΩΤΕΙΡΑ*. Lamb.

p. 10 v. 7. *κίονα ἐν ᾧ δάμαλις*] mansit haec columna ad tempora usque Constantini Leonis F., ut ex Cedreno accipimus. Meurs. huius statuae meminit antiquus ineditus chronographus, qui in bibliotheca Regia asservatur, his verbis: *γίνεται δὲ τῷ Ἰνάχῳ θυγάτηρ ὄνομα Ἰώ. ταύτης ἐπώνυμος ὁ βόσπορος ἐκλήθη τοῦ Βυζαντίου, ἀφ' οὗ στήλην ἔστησαν δαμά-*

λεως ἐν κίονι πρὸς τὸ ἀντίπεραν τῆς ἀκροπόλεως Βυζαντίου. Lamb.

p. 10 v. 11. Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοός] hoc epigramma alii Dioscoridi cuidam, alii Hecataeo adscribunt. exstat Anthologiae l. 3. Meurs.

p. 11 v. 1. τραφέντων] scribe [cum Hesychio] γραφέντων. sensus est, Timesium non natione sed iure tantum municipali Argivum fuisse. eiusmodi cives Latine *adscripticii* dicuntur, quibus opponuntur *nativi*. egregius hac de re Ciceronis locus exstat in oratione pro L. Cornelio Balbo. *in Graecis*, inquit, *civitatibus videmus Athenis Rhodios Lacedaemonios caeterosque undique adscribi, multarumque esse eosdem homines civitatum*. idem Archiam poetam adscripticium civem vocat et Heracleae adscriptum fuisse ait. hoc loco igitur simplex γράφειν idem est atque πολιτογραφεῖν seu *in civitatem adscribere*. hinc quoque corrigenda est Latina versio Hesychii: frustra enim eius interpres antiquam et genuinam codicis Palatini lectionem sollicitat et pro γραφέντων legendum censet τραφέντων. idem ibidem annotat Timesium hunc fuisse patrem Pescennii Nigri, qui cum Severo de imperio dimicavit. sed praeterquam quod ex Aelio Spartiano et Dione constat Pescennium Nigrum Italum fuisse et patrem habuisse Annum Fuscum, matrem vero Lampridiam, vel sola distantia temporum, quibus vixerunt, errori detegendo sufficit, quia alter Graecia Romanorum consulum armis nondum subiugata floruit, alter autem aliquot centum annis post Severo imperatori fuit coaetaneus. Lamb.

p. 11 v. 2. πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ] in uno cod. Vat. legitur πρὸς τὸν λεγόμενον ἐφαστάτην, in alio ἐφεσάτην. mihi dubium non est quin locus nominatus Ἐφεσιάτης vel Ἐφεσίτης idem sit atque portus Ephesiorum, cuius meminit Dionysius Byzantius his verbis, εἴπερ ἄρα τῶν γνησίων εἰσίν: *his*, inquit, *ante commemoratis locis proximus succedit Phosphorus locus, qui vel a Diana vel a vicina antiqua Pharo cognomen traxit. huic adiunctum et continens longum littus vocatum Ephesiorum est portus, a multis navibus Ephesiorum huc appulsis*. sed procul dubio ibi scribendum est: *huic adiunctum est continens longum littus et portus vocatus Ephesiorum*. verisimile enim est Dionysii haec verba in hunc modum Graece concepta fuisse: ἔπειτα προσεχής τέ ἐστι καὶ μακρὸς αἰγιαλὸς καὶ ὁ λιμὴν ὁ καλούμενος Ἐφεσίτης vel τῶν Ἐφεσίων. similiter fere Strabo, de littore Latino loquens, ἔπειτα ait προσεχής τέ ἐστι καὶ ἀλίμενος, πρὸς αὐτῷ μόνον τῷ Κιρκαίῳ λιμένιον ἔχων. item l. 4, ubi agit de ora Ligustica, et passim alibi. hoc praeterea notandum est, portum antiquitus

nuncupatum *Ἐφεσίτην* hodieque paulum immutato nomine *Ἀφοσιάτην* vocari. Lamb.

p. 11 v. 8. *ἔνθ' ἰχθὺς*] ultimus hic oraculi versus continet subobscuram periphrasin sinus nuncupati Cornu. nam cervus denotat formam eius cornu cervino similem, quoniam in multos sinus quasi in ramos finditur. per piscem vero significatur pelamys, quae ob vim fluctus intro compellentis et angustiam sinuum numerose illic capitur. utrumque confirmat Strabo l. 7 his verbis: *ἔστι δὲ τὸ Κέρας προσεχὲς τῷ Βυζαντίων τείχει, κόλπος ἀνέχων ὡς πρὸς δύσιν ἐπὶ σταδίους ἑξήκοντα, ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι. εἰς γὰρ πλείστους σχίζεται κόλπος ὡς ἂν κλάδους τινάς, εἰς οὓς ἐμπίπτουσα ἡ πηλαμὺς ἁλίσκεται ῥᾳδίως διά τε τὸ πλῆθος αὐτῆς καὶ τὴν βίαν τοῦ συνελαύνοντος ῥοῦ καὶ τὴν στενότητα τῶν κόλπων, ὥστε καὶ χερσὶν ἁλίσκεσθαι διὰ τὴν στενοχωρίαν.* pluribus eruditissime de hac re disputat Io. Tristanus in explicatione nummi Byzantii, cusi in honorem Sabinae uxoris Hadriani imperatoris, in quo visuntur duae pelamydes cum inscriptione *ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ. Δ... ΡΟC. ΤΟ. Β.* eiusdem generis nummum vidi Romae apud Franc. Gotofredum, in cuius una parte visitur delphin medius inter duas pelamydes, cum inscriptione *ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ*, ab altera vero effigies mulieris cum inscriptione *ΙΟΥΛΙΑ. ΜΑΙΚΑ. ΑΥΓ.* Lamb.

p. 12 v. 3. *τὸν κρατερὸν Βύζαντα*] exstat hoc epigramma Antholog. l. 4, legiturque ibi *εἰν ἑνὶ* pro *κίονι*. exstat ibidem alterum etiam p. 298, cuius initium est *ἱμερτὴ φιδάλεια*. fuit quoque sinus Phidaliae, cuius meminit Suidas in *Ἡράκλειος*. Meurs.

p. 12 v. 14. *Περινθίοις ἐτάχθησαν δουλεύειν*] Herodianus l. 3: *ἑάλω ὕστερον λιμῷ, πᾶσά τε ἡ πόλις κατεσκάφη, καὶ θεάτρων τε καὶ λουτρῶν παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον κώμη δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη.* vide Suidam in *Σεβῆρος*, Cedrenum, Manassem, Zonaram. Meurs.

p. 12 v. 17. *κατὰ τὸν τοῦ ἱππίου Διὸς βωμόν*] per Iovem equestrem credo hic intelligi Neptunum, qui etiam *Ζεὺς θαλάσσιος* nuncupatus fuit. Lamb.

p. 12 v. 18 sq. *ἔνθα δὴ καὶ*] scribe [cum Hesychio] *ἔνθα δὴ αὐτόν φασιν τοὺς Διομήδους δαμάσαντα ἵππους Ζεύξιππον τὸν τόπον ὀνομάσαι.* dicuntur autem haec per parenthesin. sensus est, thermas Zeuxippi ita nominatas fuisse *διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα ἐκεῖσε ζεῦξαι τοὺς ἵππους τοῦ Διομήδους ὑφ' ἅρμα.* Eusebius in Canone chronico eas ita appellatas fuisse ait ad conservandam memoriam Zeuxippi ultimi Sicyoniorum regis. Lamb.

p. 12 v. 19. *Ζεύξιππον*] multa passim celeberrimi huius balnei mentio apud scriptores. conflagravit anno 5 imperii

Iustinianei, teste Cedreno. erat autem hic balneum etiam aliud minus, in quod exstat epigramma istud Leontii Scholastici Anthol. l. 4:

μὴ νεμέσα, Ζεύξιππε, παραντέλλοντι λοετρῷ·
καὶ μεγάλην παρ᾽ ἄμαξαν ἐρωτύλος ἦδυ φαείνει. Meurs.

p. 12 v. 22. *τὰ τῶν ἐφόρων γνωρίσματα*] Hesychii interpres pro *ἐφόρων* legendum esse monet *ἐφόδων*, eamque secutus correctionem haec ita Latine vertit: *ubi etiamnum curvaturae ascensuum indicia exhibent, per superiora, quae aeneis obeliscis incumbunt.* sed vertendum est absque ulla Graeci textus mutatione: *ubi etiamnum metae deorum praesidum exhibent indicia, ova nimirum aeneis obeliscis imposita.* nam per *ἐφόρους*, hoc est praesides et inspectores, intelliguntur Dioscuri, quibus dicatum fuisse Cpolitanum hippodromum ipse Hesychius paulo ante affirmat. ideoque subiungit ad sua usque tempora castrorum ibi insignia permansisse, ova nimirum supra metas aeneis obeliscis imposita. caeterum post verba *τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις* adde ex Hesychio, quae apud Codinum perperam omissa sunt, *ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ στρατιωτικὰ τέλη προσένειμε.* *στρατιωτικὰ τέλη* hic significant *τὰ στρατιωτικὰ τάγματα*, ut apud Homerum Iliad. *η*: *δόρπον ἔπειθ᾽ εἵλοντο κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσιν.* similiter exponenda sunt illa verba apud Hesychium, cuius interpres longe diverso sensu ita vertit: *et assignavit in hanc rem impensas e militari aerario.* Lamb.

p. 13 v. 3. *Ἀντωνινία*] corrige Suidam, apud quem male legitur *ἀντωντία ἡ πόλις*. Meurs. post *Ἀντωνινία ἡ πόλις κατωνομάζετο* adde ex Hesychio quae hic omissa sunt: *ἐπειδὴ δὲ τοῖς θείοις τῶν βασιλέων ἀπεδόθη, αὖθις τὸ Βυζάντιον ὠνομάζετο*, id est, *postquam autem in numerum divorum relatus est* (sc. Severus), *iterum Byzantii nomen urbs accepit.* sed apud Hesychium pro *ἀπεδόθη* necessario scribendum est *ἀπεδόθησαν*, ut referatur ad utrumque, Severum nempe et Antoninum Caracallam, quoniam ea quae praecedunt, ita sunt concepta, *καὶ μέχρι μὲν οὗ περιῆν Σεβῆρος καὶ ὁ τούτου παῖς Ἀντωνῖνος.* praeterea notandum hic occurrit, verba *ἐπειδὴ δὲ τοῖς θείοις τῶν βασιλέων ἀπεδόθη* idem valere ac si dixisset *μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτοῦ*: *nam,* ut ait Tacitus in fine libri 15 Annalium, *deum honor principi non ante habetur quam agere inter homines desierit.* simili mortis periphrasi utitur Solinus, ubi ait *Angitiam salubri scientia adversus morbos resistentem, cum inter homines vivere desiisset, deam habitam fuisse.* ita enim ibi restituendum est ex antiquissimo codice R. P. Sirmondi, pro eo quod vulgo legitur, *cum dedisset hominem vivere.* sic S. Augustinus de civit. Dei 2 5: *nec ullo modo,* inquit, *crederet verecundiam laudabilis feminae ita in contrarium divinitate mutari, ut honoribus eam talibus*

advocarent cultores sui, qualibus conviciis in quempiam iaculatis, cum inter homines viveret, aures clauderet seseque subtraheret. item Seneca apotheosin Claudii enarrans, *et ille quidem,* ait, *animam ebulliit, et eo desiit vivere videri;* atque paulo post subiungit: *ultima vox eius haec inter homines audita est.* etiam Cicero Tuscul. 1: *abiit,* inquit, *ad deos Hercules. nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset.* Lamb.

p. 13 v. 5. *ἀλλ' ἐπαναϰτέον τὸν λόγον*] quae hucusque Codinus narravit de originibus Byzantii, eadem ad verbum sunt quae in antiquissimo codice Palatino bibliothecae Vaticanae habentur cum hoc titulo, *Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως ϰατὰ Ἡσύχιον ἰλλούστριον.* Lamb.

p. 13 v. 6. *ἀναστὰς ἐϰ Ῥώμης Σεβῆρος*] totum hoc quod sequitur, de reconciliatione Severi et Nigri, futile est et nugatorium. confundit enim Severum imperatorem cum Severo Aureliano, quem Aelius Spartianus refert filias suas Nigri filiis despondisse. *sed deceptus est,* inquit, (sc. Niger) *consiliis Severi Aureliani, qui filias suas eius filiis despondens persistere eum fecit in imperio.* Pescennium Nigrum Timesii filium fuisse supra duplici argumento refutavi, scilicet distantia temporum quibus vixerunt, et auctoritate Spartiani et Dionis, qui ipsum Italum fuisse aiunt, et patrem Annum Fuscum, matrem Lampridiam habuisse. sed cum omnia, quae hic a Codino de Pescennio Nigro et Severo narrantur, futilitatis summaeque levitatis plena sint, inde satis absque alio argumento liquet quam fidem mereantur quae de Timesio Nigri patre, nunquam alibi lecta, hoc loco refert. Lamb.

p. 13 v. 10. *Μαϰεδόνων*] videtur loqui de legionibus Macedonicis, quibus Severus imperator ad Byzantium expugnandum usus est. Lamb.

p. 13 v. 22. *τοῦ συμπενθεροῦ*] iterum confundit Severum Aurelianum cum Severo imperatore. Lamb.

p. 14 v. 6. *Μηδιϰοῦ πυρὸς*] quis hic Medicus ignis? quaerendum est. invenio etiam Pomaicum apud Diaconum in Leone et Michaele, quem pariter ignoro. Meurs. per ignem Medicum credo intelligendum naphtham, quam Nicander vocat *τὸ Μηδείας Κολχηΐδος ἐχθόμενον πῦρ,* quia sponsam Iasonis hoc igne a Medea crematam ferunt, teste Plinio 2 105. alias Graeci appellant *ἔλαιον Μηδείας,* ut refert Procopius Gotth. 4: *ἀγγεῖα θεῖον τε ϰαὶ ἀσφάλτου ἐμπλησάμενοι ϰαὶ φαρμάϰου, ὅπερ Μῆδοι μὲν νάφθαν ϰαλοῦσιν, Ἕλληνες δὲ Μηδείας ἔλαιον.* sed forte apud Procopium pro *Μηδείας* scriptum fuit *Μηδίας,* id est Mediae regionis. ita Ammianus Marcellinus l. 23 et Solinus c. 21 oleum Medicum nuncupant, et vetus Nicandri scholiastes *φάρμαϰον Μηδιϰόν,* et noster auctor hoc loco

Μηδικὸν πῦρ. de usu autem naphthae seu ignis Medici in succendendis balneis nihil alibi legi. caeterum quod Meursius ad hunc locum observat de igne Pomaico, cuius mentio fit in Historia Miscella, nullius plane momenti est. ibi enim non Pomaicus sed Romaicus legendum est. verba Historiae Miscellae l. 21 haec sunt: *porro vernali tempore venit Suphian, et comperta Romaici ignis efficacia transcurrit in Bithyniam.* ibidem paulo post: *post paululum venit et Gizid: similiter et ipse cum eadem didicisset de humido igne, applicuit penes Saturon.* ubi nota, qui primo vocatur ignis Romaicus seu *Ῥωμαϊκός*, postea appellari ignem humidum. est ergo Romaicus sive Romanus ignis idem qui Graecis dicitur *πῦρ ὑγρόν* seu ignis liquidus, quoniam per siphones emittitur. alias ignis Graecus nuncupatur, ut apud Luitprandum de rebus Imp. 3 6. in antiquo Chronico ms Cavensi vocatur ignis marinus: *anno domini* 669, *indict.* 12, *Constantinus filius Constantis superioris. huius tempore, anno quinto, ignis adinventus est marinus a Callinico architecto, qui e Syriae civitate Heliopoli profugus ad Romanos venit.* hinc corrigendus est Constantinus Porphyrogenitus de administr. Imp. c. 48, ubi agit de igne Graeco: *ἰστέον*, inquit, *ὅτι ἐπὶ Κωνσταντίνου υἱοῦ Κωνσταντίου, τοῦ καὶ πωγωνάτου καλουμένου, Καλλίνικός τις ἀπὸ Ἠλίου πόλεως Ῥωμαίοις προσφυγὼν τὸ διὰ τῶν σιφώνων ἐκφερόμενον πῦρ ὑγρὸν κατεσκεύασε.* pro *υἱοῦ Κωνσταντίου* lege *υἱοῦ Κώνσταντος*, et quae sequuntur *τοῦ καὶ πωγωνάτου* refer ad Constantinum cuius Constans, qui in Sicilia obiit, pater fuit, ut testantur Zonaras Cedrenus et alii historici. postea pro *ἀπὸ Ἠλίου πόλεως* scribe *ἀπὸ Ἡλιοπόλεως*. Lamb.

p. 14 v. 7. *ἐκτίσθη παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου*] vide Suidam in *Σεβῆρος*. Meurs.

p. 14 v. 9. *τοῦ τετραπλεύρου*] hanc columnam Tetrapleuri collapsam et multo tempore prostratam erexit rursum per Proclum Theodosius imperator. eamque in rem epigramma exstat Antholog. l. 4 (2 p. 239 Iac.): *κίονα τετράπλευρον κ. τ. λ.* dicit poeta *κίονα τετράπλευρον*, ut Horatius Stertinium acumen et alii alia: itaque errat interpres, qui vertit *columnam quadrilateram.* erat autem Tetrapleurum locus Cpoli, ubi statuae nudorum Cupidinum pomis sese petentium, et *ἀνεμοδούλιον* quoque dicebatur. v. Nicetas in Andronico Comneno p. 432 18 ed. Bonn. Meurs.

p. 14 v. 10. *τῆς σφενδόνης*] meminit huius loci etiam Cedrenus: *κελεύει οὖν ὁ βασιλεὺς πυρὰν ἐν τῇ σφενδόνῃ ἀναφθῆναι καὶ τὸν πραιπόσιτον ἐν αὐτῇ κατακαῆναι.* et hinc observa supplicia ibi de noxiis solita sumi. Meurs.

p. 14 v. 12. *κρημνώδης*] in uno cod. Vat. perperam le-

gitur *σκυμνώδης*, quam lectionem secutus inferius *τόπον σκυμνώδη* verterat locum catulis leonum destinatum. LAMB.

p. 14 v. 18. *ἐν δὲ τῷ τριακοσιοστῷ*] vide Suidam in *Κωνσταντῖνος ὁ μέγας*, item in *Κωνσταντινούπολις*. MEURS.

p. 14 v. 19. *ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης*] ita ex codicibus manuscriptis et Hesychio hunc locum restitui. antea perperam legebatur: *ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἡ μοναρχία διῆλθεν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ*. LAMB. Hesychius certe aptius (p. 43): *δύο καὶ ἑξήκοντα τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης*.

p. 14 v. 21. *ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος ὁ Κωνσταντίου παῖς*] ita haec continua serie legenda sunt. in superioribus editionibus post vocem *ἀφιγμένων* interpunctum erat, novo subsequente titulo: *ἀρχὴ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου*. caetera ita legebantur: *Κωνσταντῖνος ὁ Κώνσταντος παῖς* etc. sed antequam ulterius progrediar, libet hic adscribere fragmentum ex incerti cuiusdam Iulii Pollucis chronico hactenus inedito, cuius collatione, quae deinceps Codinus narrat de Constantino magno et instauratione Byzantii, corrigi et illustrari possunt. *ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος — τυγχάνειν αὐτούς* (ed. Hardt. p. 268—274). LAMB.

p. 14 v. 22. *τὴν νέαν — Κωνσταντίνου*] haec verba ex codicibus scriptis et Hesychio ita reformanda sunt: *νέαν ἀνίστησι Ῥώμην τὴν νῦν Κωνσταντινούπολιν λεγομένην, καὶ προθύμως ἀνασχομένην τὴν προσηγορίαν*. LAMB.

p. 15 v. 2. *τοὺς Τρωαδικοὺς ἐμβόλους*] hunc locum interpres non satis intellexit: tu verte *Troiana rostra*. erant autem rostra Cpoli varia. magna exstruxit quinto imperii anno Arcadius: duo quoque Constantinus, teste Cedreno. et erant quattuor alia, quae sub Constantino magno fecerat Eubulus, ut ipse hic auctor infra docet. meminit etiam Domnini rostrorum Cedrenus et Theodorus Anagnosta Eclog. 2, apud quem tamen corrupte legitur *ἐν τοῖς Δομνύου ἐμβόλοις*. corrige *Δομνίνου*. sunt ultima verba Eclogae. conflagrarunt autem ea sub Isaacio Angelo, ut testatur Nicetas in eius vita. MEURS. in codd. Vat. Codini et cod. Palatino Hesychii pro *Τρωαδικούς* legitur *Τρωαδησίους*. *Τρωαδήσιος* autem formatum est ex Latina terminatione in *ensis*, ut *Θρακήσιος Thracensis*, *Ναρβωνήσιος Narbonensis*, *Λουγδουνήσιος Lugdunensis*, *Κιρκήσιος Circensis*. intelligunt igitur Codinus et Hesychius per *τοὺς Τρωαδησίους ἐμβόλους* nihil aliud quam *Troadenses porticus*, quarum meminit auctor antiquus in descriptione regionis duodecimae. hinc patet quantum errent qui *Τρωαδικοὺς ἐμβόλους* hic vertendum esse censent *Troiana rostra*. equidem antiquitus *ἔμβολος* significabat *rostrum navis*: recentioribus vero

Graecis ἔμβολοι dicuntur *porticus* sive *tecta ambulacra*, quo se populus ad caloris incommoda et imbres repentinos arcendos recipiebant. ita saepe apud scriptores historiae Cpolitanae mentio fit τοῦ δημοσίου ἐμβόλου, τῶν δύο ἐμβόλων τοῦ φόρου, τοῦ ἐμβόλου τῶν χαλκοπρατείων, τῶν ἐμβόλων τοῦ Εὐβούλου καὶ Δομνίνου. ad hanc significationem vocis ἔμβολος videtur respexisse Etymologici magni auctor, qui originem eius derivat παρὰ τὸ τὸν λαὸν ἐμβαίνειν. apud Latinos quoque haec vox in eadem significatione occurrit, ut testatur Isidorus 15 2: *imbuli, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulant: sunt enim porticus hinc inde platearum.* idem in Glossis: *imbulus, ab ambulando, ambulatorium.* sed non advertit Latinum vocabulum *imbulus* a Graeco ἔμβολος originem et significationem accepisse. LAMB.

p. 15 v. 3. ἀνήγειρε, καὶ] hic locus ex codicibus scriptis et Hesychio ita supplendus est et emendandus: ἀνήγειρε, δίκαιά τε πάντα πρὸς ζῆλον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐδωρήσατο, καθὰ καὶ ἐν τῷ Στρατηγίῳ λεγομένῳ φόρῳ .... ἀνέγραψεν ἐπὶ λιθίνης στήλης, ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ κίονος ἀνέστησεν ἀγάλματα. LAMB.

p. 15 v. 4. τῷ Στρατηγίῳ λεγομένῳ φόρῳ] hoc forum purgari solebat, sed mox desiit, donec morem antiquum revocaret Michael Stratioticus, teste Cedreno. Zonaras Annal. 3 non in Strategio collocat, sed in Placoto. MEURS. quae hic narrantur de columna Strategii et eius inscriptione, unice illustrat Socrates Hist. Eccl. 1 14, ubi de Constantino magno et Byzantio agens, χρηματίζειν δέ, inquit, δευτέραν Ῥώμην νόμῳ ἐκύρωσεν· ὃς νόμος ἐν λιθίνῃ γέγραπται στήλῃ, καὶ δημοσίᾳ ἐν τῷ καλουμένῳ στρατηγίῳ πλησίον τοῦ ἑαυτοῦ ἐφίππου παρέθηκεν. interpres vertit: *lege denique sancivit ut secunda Roma vocaretur*, etc. sed χρηματίζειν apud Socratem non significat *nominari*, sed *esse*. ita Hesychius: τὴν νέαν, inquit, ἀνίστησι Ῥώμην, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ χρηματίζειν προστάξας, id est, ut interpretatur Nicephorus Callistus l. 8, ἴσα τῇ πρώτῃ κρατεῖν καὶ οἰκονομεῖν καὶ δυναστεύειν. hoc enim lex illa Constantini columnae in Strategio positae incisa continebat, Romam atque Cpolim idem ius eandemque dignitatem habere. LAMB.

p. 15 v. 7. Αὐγουσταῖον] Procopius de aedificiis Iustiniani l. 1: ἔστι δέ τις ἀγορὰ πρὸ τῶν βασιλείων περίστυλος· Αὐγουσταῖον καλοῦσι τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι. vocabant etiam Αὐγουστεῶνα, ut Cedrenus aliique et ipse hic noster infra. vide Suidam in Αὔγουστος. conflagravit autem anno quinto imperii Iustinianei, teste Cedreno. MEURS.

p. 15 v. 10 sq. ἀνέστησε καὶ δύο ἀψῖδας] scribe ut legitur apud Hesychium, ἀνέστησάν τε αἱ δύο ἀψῖδες. LAMB.

p. 15 v. 11. ὁ πορφυροῦς] huius purpureae columnae mentio passim apud auctores rerum Byzanticarum. et erat alias quoque talium usus. corrigendus vero per occasionem est Sidonius l. 2 ep. 2: *nec pilae sunt Mediae, sed columnae, quas architecti peritiores aedificiorum purpureas nuncupavere.* hodie editur *purpuras*. MEURS.

p. 15 v. 12. ἐφ' οὗπερ ἵδρυται Κωνσταντῖνος] Cedrenus Zonaras et alii. erant vero isti Constantini statuae inscripti quattuor hi versus,

σὺ Χριστὲ κόσμου κοίρανος καὶ δεσπότης,
σοὶ νῦν προσῆξα τήν γε σὴν δούλην πόλιν
καὶ σκῆπτρα τάδε καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος.
φύλαττε ταύτην, σῶζέ τ' ἐκ πάσης βλάβης.

exstant apud Cedrenum. MEURS.

p. 15 v. 13. τοῦτο γοῦν τὸ ἄγαλμα] omne hoc quod sequitur usque τῆς πρώτης ἑβδομάδος in codicibus Vat. deest. LAMB. deest et Hesychio.

p. 15 v. 18. εἰκοστὸν ἔτος ἀγούσης] Zonaras Annal. 3. MEURS.

p. 15 v. 20. τοῦ ἀκοντίου] acontiae vocantur cometae quae iaculi modo feruntur, de quibus vide Plinium 2 25. LAMB.

p. 15 v. 22. τῆς παρασκευῆς] recentiores Graeci omnes dies Veneris παρασκευάς appellabant. vide Glossarium nostrum. MEURS. παρασκευήν Graeci vocant diem Veneris instituto S. Sylvestri, eius nominis primi pontificis Romani, in cuius actis haec leguntur: παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησι τῶν ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος ὀνομαζομένων Ἡλίου Σελήνης Ἄρεος Ἑρμοῦ Διὸς Ἀφροδίτης Κρόνου, ὁ ἅγιος Σίλβεστρος μετωνόμασεν, τὴν μὲν τῆς Σελήνης ἡμέραν καλέσας δευτέραν, τὴν δὲ τοῦ Ἄρεος τρίτην, τὴν δὲ τοῦ Ἑρμοῦ τετράδα, τὴν δὲ τοῦ Διὸς πέμπτην, τὴν δὲ τῆς Ἀφροδίτης παρασκευήν, τὴν δὲ τοῦ Κρόνου ἐκ τῆς παλαιᾶς διαθήκης σάββατον. τὴν δὲ τοῦ Ἡλίου, οἷα δὴ τῇ δεσποτικῇ ἀναστάσει κεκοσμημένην, κυριακὴν ὠνόμασε. LAMB.

p. 15 v. 22. τῆς πρώτης ἑβδομάδος] quadragesimae septimanas numero suo distinguebant, dicebantque ἡ πρώτη, ἡ δευτέρα, usque ad septimam, quam τὴν μεγάλην appellabant. de prima Nicetas p. 301 19 et 702 21 et primae huius hebdomadis quinque diebus erant pervigilia. Ioannes episcopus Citri in resp. ad Cabasilam: αἱ τοιαῦται δὲ παννυχίδες γίνονται μὲν καὶ ἐν ἄλλοις καιροῖς, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. sextam nominat Nicetas p. 753 12. at septimam, ut dixi, τὴν μεγάλην vocabant. itaque apud hunc nostrum libro de Officiis aulae CP legitur ἀκολουθία τῆς μεγάλης ἑβδομάδος. apud Etymologici auctorem

ἐδεξιοῦτο τὸ λευτήριον εἰς τὸν κάνονα τῆς μεγάλης ἑβδομάδος. Meurs.

p. 16 v. 1. *οὗτος δὲ*] de Constantino magno intelligendum est. in cod. Vat. scriptum reperi, ut in Hesychio, *ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ* etc. Lamb.

p. 16 v. 3. *τῆς Παλλάδος ἱδρύματα*] Zonaras Annal. 13 non duo Palladia sed unum narrat; et constituit non in senatu sed in foro Placoto. Meurs.

p. 16 v. 4. *αὐτοὺς ἡμερησίους*] corrigo *ἄρτους ἡμερησίους*. vide Glossarium nostrum in *παλατῖνοι*. Meurs.

p. 16 v. 7. *τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων καλάμων*] quorsum hic calami? superest ea vox, itaque eiicio. Suidas me confirmat, cuius in hac ipsa re ea verba: *προσέθηκε δὲ τούτοις καὶ κρέα καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ὧν μέχρι τινὸς ἡ πόλις ἠπόλαυσε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥιφέντων φέρουσα τὰ γνωρίσματα.* nisi pro *καλάμων* malis reponere *παλατίνων*. Meurs. *καλάμων γνωρίσματα* vocat tesseras panarias, quibus quasi signis et symbolis quibusdam prolatis ii cognoscebantur quos annonarum civicarum erogationibus frui ius erat. Iulius Pollux in Fragmento chronico paulo ante citato *καλάμων συντόμια* vocat. vide plenissime super hoc Codini loco disserentem Salmasium in notis ad Flavium Vopiscum. Lamb.

p. 16 v. 8. *νόμους τε καὶ συμβόλαια καθ' ἑκάστην τιθεὶς*] scribe *νόμους τε περὶ τῶν καθ' ἑκάστην συμβολαίων τιθείς.* sic infra *νόμους τε* inquit *περὶ τῶν καθ' ἡμέραν συμβολαίων τιθέμενος.* Latinis *τὰ καθ' ἑκάστην συμβόλαια* dicuntur res quotidianae; qua significatione Caius IC aliquos de suis commentariis iuris inscripsit *rerum quotidianarum*, in quibus disputabat *περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων*, ut refert Theophilus Iustinianarum Institutionum interpres. Lamb.

p. 16 v. 16. *ἀφ' ἧς ἀφῃρέθησαν*] Suidas in *Σοφία*. Meurs.

p. 16 v. 17. *Κάρου τοῦ πατρὸς Διοκλητιανοῦ*] an igitur Carus pater Diocletiani? nego clare. adi Aurelium Victorem: ille tibi Dalmatam dicet et libertum Anulini senatoris. sed apud Suidam quoque in *Σοφία* est *Κάρου πατρῴου Διοκλητιανοῦ.* quid ergo? scribendum censeo utrobique *Κάρου τοῦ πρὸ Διοκλητιανοῦ.* nam Carus praedecessor Diocletiani fuit. Meurs. haec verba in omnibus fere codicibus diverse leguntur. in uno Vat. cod. scriptum inveni *καρύου*, in alio *καὶ Καράτου τοῦ πατρικίου Διοκλητιανοῦ*, in anonymi Collectaneis *καὶ κάρου τοῦ πατρυοῦ Διοκλητιανοῦ*, in cod. Vallicellano *καὶ Κάρου καὶ Διοκλητιανοῦ.* apud Suidam legitur *καὶ Κάρου πατρῴου Διοκλητιανοῦ.* in alio codice scriptum reperi *τοῦ τε Διὸς καὶ Κάρου τοῦ πατρὸς καὶ Διοκλητιανοῦ*, quod satis mihi

probatur. nam ut alias observavi Constantium Chlorum, Constantinum magnum, et filios eius Constantium Constantem et Constantinum, item Severum imperatorem et Severum Aurelianum, Iustinos et Iustinianos, Valerianum et Aurelianum imperatores a Codino ob nominum similitudinem inter se confundi, ita hoc quoque loco Cari et Carini eius filii nomina ipsum confundere existimo, eamque ob causam nomini Cari addidisse *τοῦ πατρός*, scilicet ut Carum patrem a Carino filio distingueret. Meursius pro *Κάρου τοῦ πατρὸς Διοκλητιανοῦ* legendum censet *Κάρου τοῦ πρὸ Διοκλητιανοῦ:* quam emendationem ut ingeniosam quidem laudo, sed ut pro genuina Codini lectione habeam, vetat unanimis omnium mss codicum contradictio. Lamb.

p. 16 v. 20. *ὁ νότιος πόλος*] satis mihi suspecta est haec poli australis statua. in anonymi Collectaneis Chronicis n. 191 legitur *ὁ νομάτιος πῶλος:* quare vereor ne legendum sit *ὁ νομάδειος πῶλος*, ut fuerit statua pulli equini, capite proni, forma pascentis, quales in antiquis nummis spectantur plurimi. subiicere libet pro exemplo rarissimum nummum M. Opelii Macrini imperatoris, in quo visitur equus pascens inter duas faces, cum inscriptione *ΕΠΙΜΙΚΤΟΣ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.* possidetur autem hic nummus a Francisco Gotofredo Romano. Lamb.

p. 17 v. 4. *ὧν ἐν ἑνὶ καὶ αὐτὸς τέθειται*] Eusebius de vita Constantini l. 4 auctor est apostolis eum sepulcra erexisse, suum vero in medio eorum, senis ad utrumque latus monumentis. Meurs. post haec verba adduntur in uno cod. Vat. non pauca, quae cum in editis tum quoque in caeteris mss codicibus desiderantur. sunt autem haec: *ὅτι ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἤρξατο κτίζειν τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν ἔτει ,εωλη',* *κρατήσας ἐν αὐτῇ χρόνους δεκαεννέα. περαιωθέντος οὖν τοῦ ἑνδεκάτου ἐνιαυτοῦ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, καὶ ἀρχὴν λαβόντος τοῦ δωδεκάτου ἔτους, ἐπεχείρησεν τὴν Βύζαντος πόλιν κτίζειν.* Lamb.

p. 17 v. 7. *ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ*] perperam scriptum est in aliquot codicibus *ἡμέραις τεσσαράκοντα.* Lamb.

p. 17 v. 13. *τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς*] observa nova Roma condita est et nomen accepit undecima Maii: at antiqua illa 11 kal. eius mensis, ut discimus ex kalendario vetere, quod in eum diem Parilia reiicit. Meurs.

p. 17 v. 13. *τὰ ἐγκαίνια τῆς πόλεως*] Simocatus Hist. Maur. 1 12: *ἐν τῇ ἐγκυκλίῳ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρᾳ τῆς πόλεως.* vide Glossarium nostrum. Meurs.

p. 17 v. 14. *προσηγορεύθη Κωνσταντινούπολις*] et hoc quidem 11 Maii. clare hic videmus. quae sunt igitur illa Nominalia, quae hiemi et sole ad Capricornum vergente tribuit

Agathias l. 5 (p. 282 2 ed. Bonn.). an loquitur de Saturnalibus, quae ex veteri Romae instituto nova quoque celebrabat? atqui haec non erant Nominalia. ergo error fuerit Agathiae, qui putaverit Saturnalium originem a dedicatione et lustrico, ut sic dicam, die urbis antiquae esse. hoc non erat praetereundum. vir doctus non recte interpretatur *natalitia*. Meurs. post haec verba adduntur aliqua in codice Vaticano, quae in editis desunt: ὁ αὐτός. ὅτι β' ἰνδικτιῶνος, ἔτους ͵εωλη', ἦρξεν ἐν Ῥώμῃ μετὰ Μαξιμιανοῦ καὶ Μαξεντίου ἔτη **** μόνος δὲ ἔτη ἕτερα ς', ὡς εἶναι ὁμοῦ τὰ ὅλα ἔτη τῆς αὐτοῦ βασιλείας λβ', ἐν Ῥώμῃ ιγ' καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ιθ'. Lamb.

p. 17 v. 18. τοῦ στάματος] perperam in aliquot codicibus legitur στέμματος et in aliis στόματος. στάμα hic significat *tribunal Hippodromi*, in quo imperator sedebat, cum ludos spectaret Circenses. sic infra p. 80 v. 17: εἷλκον ἀπὸ τῶν καγκέλλων μέχρι τοῦ βασιλικοῦ στάματος, καὶ στήσαντες ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, et p. 40 v. 7: εἰσῄει εἰς τὸ στάμα καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει, et p. 60 v. 1: ἐπάνω ἅρματος φέροντες ἦγον ἀπὸ τῶν καγκέλλων ἕως τοῦ στάματος. idem alias Codinus vocat κάθισμα βασιλικὸν et κάθισμα τοῦ ἱπποδρομίου. Lamb.

p. 17 v. 18. ταῦτα ἐπράχθη] verba haec non intelligenda sunt de encaeniis Cpoleos, quae 25 anno imperii Constantini celebrata sunt, sed de principio eius aedificationis, quod incidit in annum imperii Constantini 12, quando Roma Byzantium venit. ita vero haec verba esse interpretanda testatur ipse Codinus in paulo ante citato fragmento codicis Vaticani et infra p. 150 v. 17. Lamb.

p. 17 v. 18. τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας] hoc verum esse non potest: nam antea dicit accidisse tertio mense indictionis secundae. atqui indictio complectebatur quindecim annos, fuitque per eam numerari coeptum, cum occiso Maxentio pax Christianis fida ac certa a Constantino data est, decimo demum anno imperii, ut ex Eusebii Chronico discimus. ergo a principio ipsius imperii ad secundam indictionem, qua facta haec dedicatio Cpoleos, sunt necessario anni viginti quinque. et clare Cassiodorus Hieronymusque in Chronicis suis hanc rem in annum vicesimum quintum referunt. apud Cedrenum corruptus iterum numerus est: τῷ λγ' ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τελευτᾷ, μετὰ θ' ἔτος τοῦ οἰκισμοῦ καὶ ἐγκαινισμοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. corrige μετὰ η' ἔτος. ecce 33 annis detrahe 8: habebis reliquos 25. hic est consensus auctorum. itaque apud eundem Cedrenum scribendum τῷ κε' ἔτει τῆς βασιλείας. hodie editur τῷ κ' ἔτει. proclivis error est, et absorptus numerus quinarius a priore litera vocis sequentis. ergo magnus error in Codino nostro. Meurs.

p. 18 v. 5. Ὠνορισίου] in aliquot codicibus legitur Ὀνοταρσίου. credo legendum esse Ὠνοράτου: videtur enim loqui de Honorato, qui a Constantio Constantini filio ex praefecto praetorii Galliarum primus Cpoli praefectus urbis factus est, ut scribunt Hieronymus et Nicephorus Callistus 9 44. Lamb.

p. 18 v. 8. συμπαρὼν ἐν τῇ Περσίδι] testatur ipse Eutropius l. 10 Breviarii rerum Romanarum. *hinc*, inquit, *Iulianus rerum potitus est, ingentique apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui.* Lamb.

p. 18 v. 8. ἐπιστολογράφος Κωνσταντῖνος] videtur ergo Eutropius Constantino imperatori ab epistolis fuisse. sic infra p. 131 v. 24 Plutarchi cuiusdam meminit, quem vocat ἐπιστολογράφον Ἰουστινιανοῦ. Lamb.

p. 18 v. 15. τῆς χαλκῆς] domus Anastasii imp. Iulianus Antholog. 4 23:

οἶκος Ἀναστασίοιο τυραννοφόνου βασιλῆος
μοῦνος ὑπερτέλλω παννυπείροχος ἄστεσι γαίης
θαῦμα φέρων πάντεσσιν.

prius χαλκόστεγος dicebatur, ut discimus ex Zonara, propter aeneum videlicet tectum, cuius etiam meminit Iulianus epigrammate citato:

εἰ καὶ χαλκείων ὀρόφων ἀμαρύγματα πέμπεις.

conflagravit sub Iustiniano, et postea denuo exstructa, cum iterum prae vetustate ruinam minaretur, restaurata a Basilio, qui tribunal esse fecit, in quo ius diceretur. Cedrenus t. 2 p. 204 Bonn. statua illic fuit Pulcheriae sororis Theodosii, teste Suida. erat item synagoga Iudaeorum, quam Iustinus minor anno imperii 12 ab iis redemptam convertit in ecclesiam sanctae dei genitricis, ut accipimus ex Diacono. postremis temporibus carcer fuit. Zonaras: τὴν τοῦ παλατίου χαλκόστεγον, ἥτις ἦν ἡ νῦν καλουμένη χαλκῆ καὶ εἰς εἱρκτὴν χρηματίζουσα. Nicetas in Isaacio Angelo l. 3 (p. 582 5 ed. Bonn.). Meurs.

p. 18 v. 15. τῶν ἐξκουβίτων] vide Glossarium nostrum. Meurs.

p. 18 v. 15. ναὸν ἀνήγειρεν ἐκεῖσε τῶν ἁγίων ἀποστόλων] hic sepulcrum erat Iuliani apostatae. Ioannes episcopus Citri in resp.: εὑρίσκονται δὲ καὶ δυσσεβῶν βασιλέων τάφοι ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἁγίοις ναοῖς, ὡς καὶ τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων. Meurs.

p. 18 v. 19. τὰ δεκαεννέα Ἀκκούβιτα] Diaconus in Leone Constant. F: *in crastino sabbato sancto exibit imperator in tribunalibus decem et novem accubituum.* Meurs. Graeci antiqui ἀνακλιντήρια vocabant. Latinis accubita dicuntur, ut alio Lampridius in Heliogabalo: *nec cubuit in accubitis facile, nisi iis quae pilum leporinum habebant aut plumas perdicum.*

vetus Lexicon ms, quod asservatur in bibliotheca Petri Seguieri, magni cancellarii Franciae, interpretatur ἀκούβιτα στρωμνὰς μαλακὰς εἰς ὕψος ἠρμένας, et addit: αὗται δὲ τρυφῆς καὶ βλακείας εἰσίν. idem: ἀκούμβω παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ ἀναπίπτω, ὅθεν καὶ τὰ ἀκούβιτα. LAMB.

p. 18 v. 19 sq. τὸν ναὸν ἁγίου Στεφάνου] hoc templum solo iam collapsum restauravit Basilius Macedo, teste Cedreno. MEURS.

p. 19 v. 1. τὴν Μαγναύραν] Diaconus *Manauram* appellat in Mauritio et Constantino Constantis F. debet *Magnauram* restitui. incuria est supinorum librariorum. hic autem personas illustres advenas excipiebant imperatores. Cedrenus: καταλαβοῦσα δὲ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, δοχῆς γενομένης, ὡς ἔθος, ἐν μαγναύρᾳ εἰσήχθη πρὸς βασιλέα ἐντίμως. et alibi. eius triclinium celebravit epigrammate Iulianus, quod exstat Antholog. 4 23. Basilius etiam in tribunal convertit et ut ius ibi diceretur constituit, teste Cedreno. MEURS.

p. 19 v. 3. τὸ Σῆμα] puto rescribendum τὸ σῖγμα. invenio in descriptione urbis Cpolitanae regione tertia *porticum semirotundam, quae ex similitudine fabricae sigma Graeco vocabulo nuncupatur.* erat illic templum deiparae, quod terrae motu collapsum restituit Basilius Macedo. auctores Cedrenus et Zonaras. MEURS.

p. 19 v. 3. Ὤατον] cubiculum palatii, a forma ovata sic nominatum. meminit eius in vita Anastasii Dicori anonymus historicus ms bibliothecae Regis Christianissimi: καὶ βροντῶν, inquit, καὶ ἀστραπῶν περὶ τὸ παλάτιον εἱλουμένων, καὶ τοῦ βασιλέως φεύγοντος ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ἐν ἑνὶ τῶν κοιτωνίσκων τῷ λεγομένῳ Ὠάτῳ κατέλαβεν αὐτὸν ἡ ὀργή, ὥστε αἰφνίδιον εὑρεθῆναι νεκρόν. LAMB.

p. 19 v. 3. τὴν νέαν] Diaconus in Mauritio *Novas* appellat. MEURS.

p. 19 v. 13. καὶ ἱππικὸν] de Constantino magno loquitur. quod autem Codinus ait Constantinum Hippodromum Severi imperfectum absolvisse, confirmat his verbis chronographus ἀνώνυμος καὶ ἀνέκδοτος in bibliotheca Regia: τὸ δὲ τοῦ Βυζαντίου ἱππικὸν ἔκτισε Σεβῆρος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πρὸς θεραπείαν τῶν Βυζαντίων, ὅπερ οὐκ ἔφθασε τελειῶσαι, καὶ διέμεινεν ἀτέλεστον μέχρι Κωνσταντίνου τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου Χριστιανῶν βασιλέως, ὃς κτίσας τὴν πόλιν μετωνόμασε Κωνσταντινούπολιν, ἣν καὶ κοσμήσας χαλκουργήμασι, καὶ τὸ ἱππικὸν ἀναπληρώσας, πρῶτος ἐπετέλεσεν ἐν τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τῆς πόλεως τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα, ἥτις τελεῖται ια΄ ἡμέρᾳ Μαΐου. LAMB.

p. 19 v. 16. τοὺς δήμους] δῆμοι hic vocantur loca Hippodromi, ubi sedebant duae factiones populi, Prasina nempe et Veneta. alias δῆμοι ipsas factiones significant. LAMB.

p. 20 v. 1. *ὀρνιθείους*] si vera est haec lectio, verisimile est Persei potius quam Bellerophontis hanc fuisse statuam: hic enim equo Pegaso, ille vero acceptis a Mercurio talaribus per aëra iter fecisse perhibetur. caeterum in alio quodam cod. Vat. hic locus ita conceptus est: *τὸ δὲ ζώδιον τοὺς ἱππικοὺς ἔχον πόδας ἤνεγκαν ἀπὸ τῆς*. videtur ergo hic Codinus loqui de statua illa equestri in foro nuncupato Tauro posita, cuius meminit in libro de statuis p. 42 v. 15 sqq. LAMB.

p. 20 v. 5. *ἐροῦμεν*] scilicet in excerptis *περὶ στηλῶν καὶ θεαμάτων*. LAMB.

p. 20 v. 6. *θέλων δὲ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος*] haec omnia breviter Sozomenus 2 3: *ἐπεὶ δὲ τοὺς αὐτόχθονας οὐχ ἱκανοὺς ἐνόμιζεν εἶναι πολίτας τῷ μεγέθει τῆς πόλεως, μεγίστας οἰκίας ἀνὰ τὰς ἀγορὰς σποράδην οἰκοδομήσας, ἄνδρας ἐν λόγῳ σὺν τοῖς οἰκείοις δεσπότας ποιήσας ἐν ταύταις κατῴκισε, τοὺς μὲν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης τοὺς δὲ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν μετακαλεσάμενος*. MEURS.

p. 20 v. 12 sq. *τὸν Σαλτίωνα, τὸν ἔπαρχον Μόδεστον*] scribe *τὸν Σαλούστιον ἔπαρχον, τὸν Μώδεστον*. Salustius hic fuit praefectus praetorii imperante Iuliano, anno Christi 362, ad quem aliquot exstant leges codicis Theodosiani. idem sequenti anno 363 consul ordinarius fuit cum Iuliano. nomen eius bis corruptum legitur apud Eunapium in vita Maximi: *καίτοι γε ἦν ἔπαρχος Σαλούτιος, ἀνὴρ καὶ ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας κοσμήσας*, et paulo post: *τῷ γοῦν Σαλουτίῳ τὴν ἀρχὴν παραλύσας*. utrobique scribendum est *Σαλούστιος* et *Σαλουστίῳ*. LAMB.

p. 20 v. 14. *ποιήσαντας δέκα ἓξ μῆνας*] verbo *ποιεῖν* ita hoc loco usus est ut Latini verbo *agere* pro *esse*. qua significatione dicit Virgilius (Aen. 5 51): *hunc ego Gaetulis agerem si Syrtibus exsul*. LAMB.

p. 21 v. 3. *πάκτα*] *πάκτον* hoc loco significat *tributum*. sic *πάκτα διδόναι* significat *tributum pendere*. in Menologio Graecorum die 16 Augusti: *καὶ δὴ τοῦ βασιλέως προθεμένου δοῦναι αὐτοῖς πάκτα*. in eadem significatione utitur hac voce Codinus p. 142 v. 21: *εἰς δὲ τὸν ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν ἐγένετο ἔξοδος χρόνου πάκτου τῆς Αἰγύπτου κεντηνάρια τξε´*. LAMB.

p. 21 v. 19. *ὁ Πρόβος*] meminit huius templi etiam Cedrenus. substitit hic incendium illud quod accidit sub Iustiniano, anno imperii eius 34. MEURS.

p. 21 v. 21. *ὁ Δομνῖνος ἔκτισεν οἶκον*] etiam rostra Domnini invenio, et rettuli antea. erat ibi aedes resurrectionis Christi et Anastasiae martyris, quam refectam lapideo ornavit Basilius fastigio, cum antea ligneum tantum esset. Cedrenus auctor est. MEURS.

p. 22 v. 4. *κοντομίτης* hoc loco cognomen est ex brevitate nasi desumptum: *κόντος* enim Graeco-barbare brevis dicitur, et *μίτη* vel *μίτυς* *nasus*. eodem modo igitur *κοντομίτης* compositum est ut *κοντοσκέλης*, *κοντοχέρης*, *κοντολέων*, *κοντοστέφανος*. Lamb.

p. 22 v. 6. *οἱ δὲ τρεῖς π.*] Zonaras recenset etiam hospitale ab hoc Eubulo exstructum, quod sub Iustiniano conflagravit. Meurs.

p. 22 v. 8. *τῶν χερσαίων τειχῶν*] hi conciderunt terrae motu sub Leone, ut testatur Diaconus. Meurs.

p. 22 v. 9. *τῶν μαγγάνων*] Mangana locus erat instrumentis bellicis et materiis mechanicis asservandis destinatus, de quo pluribus agitur p. 74 v. 15 sqq. Lamb.

p. 22 v. 10. *καὶ τῶν Εὐγενίου*] interpres vertit *ab Eugenio*. debuisset *a portis Eugenii*. nam plurali numero *τὰς πύλας* efferre Graecis non insolens. erat vero porta Eugenii prope arcem. ipse hic auctor lib. de Offic. aulae CP: *προϋπαντᾷ αὐτῇ εἰς τὴν τοῦ Εὐγενίου πύλην ἔφιππος ὢν ὁ βασιλεύς*. exstat in hanc epigramma istud Antholog. l. 4:

οὗτος Ἰουλιανὸς λαοσσόα τείχεα πήξας,
στῆσε τρόπαιον ἑῆς σύμβολον ἀγρυπνίης,
σφάζειν ἀντιβίους ἐχθροὺς ἀπάνευθε μενοινῶν,
ἢ προπάροιθε κροτεῖν τῆς πόλεως πολέμους. Meurs.

p. 22 v. 11. *μέχρι τῆς Ῥάβδου*] erant hic templa Demetrii et Aemiliani martyrum. auctor Cedrenus. Meurs.

p. 22 v. 12. *τοῦ Μιλίου*] hic capita noxiorum defigebantur. observo ex Diacono in Constantino Copronymo: *Bagravum autem in vivario decollavit, et huius caput in Milio suspendit diebus tribus.* Meurs.

p. 22 v. 13. *τοῦ Ταύρου*] hic nymphaeum fuit, exstructum sub Valente a praefecto urbis. Zonaras Annal. 3: *ὁ δὲ τῆς πόλεως ἔπαρχος νυμφαῖον ἐν τῷ καλουμένῳ ταύρῳ κατεσκευάκει*. atque hoc incendio periit sub Leone magno, anno imperii quinto. testis Cedrenus. forum quoque iunctum erat. Evagrius 2 13: *ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου προσαγορευομένου φόρου μέχρι τῆς τοῦ ταύρου καλουμένης ἀγορᾶς*. Meurs.

p. 22 v. 13. *τοῦ Βοός*] unde loco nomen tradit Zonaras in Phoca: *τὸ δὲ δύστηνον σῶμα καυθῆναι κατὰ τὸν βοῦν, ἔνθα ἦν κάμινος ὡς λέγεται ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένη, σχῆμα βοὸς ἔχουσα, ἥπερ ἐκ Περγάμου κεκόμιστο, ἐξ ἧς καὶ ὁ τόπος ὠνόμαστο*. eius vestibula conflagrarunt sub Iustiniano, anno imperii eius 35. Meurs.

p. 22 v. 13. *τοῦ ἐξακιονίου*] item infra: *ἀπὸ τοῦ ἐξακιονίου μέχρι χρυσίας*. tamen apud Cedrenum *ἐξωκιόνιον* bis, apud Nicetam in Alexio Man. F. semel invenies. et *ἐξωκιονίτης* monachus: erat enim monasterium, ut ex ipso discimus. puto

autem Codini nostri lectionem esse rectiorem. sic *ἑπτὰ κίονας* invenio apud Evagrium Hist. Eccles. 1 13 et 94, *columnas* apud Victorem in Chronico: *usque ad Constantini forum supra longitudinem plateae columnarum* 94. ac diplocionii meminit Phranzes Chron. 1 39 et 3 8. Meurs.

p. 22 v. 15. *τοὺς μυδρῶνας*] vocem *μυδρών* nunquam alibi legi. sunt qui Latine exponunt *officinam ferrariam,* quasi derivetur a *μύδρος*, quod vocabulum significat *ferrum candens.* sed forte legendum est *ὑδρῶνας*, id est, ut ego interpretor, *aquaria* vel *loca aquationis.* Graeci antiqui *ὑδρεῖα* vocabant, ut passim Strabo. item Plinius et Solinus *hydrea* appellant. sed verisimilius est scribendum esse *λυτρῶνας*, id est *ἀφεδρῶνας* sive *latrinas.* Lamb.

p. 22 v. 17. *γάβοι* recentioribus Graecis dicuntur *cavi* seu *loca concava.* hoc loco autem *γάβοι ἐγχόρηγοι* significant *cloacas* seu *cavernas,* per quas colluvies effluebat in mare. Lamb.

p. 24 v. 5. *ἔθος γὰρ ἦν*] huc pertinet quod legitur Geoponicorum 2 2: *ἀκροπόλεις δὲ ἐκάλουν παλαιοὶ τὰς κατασκηνώσεις τῶν βασιλέων, ὡς διὰ τὴν ἀσφάλειαν ἐν ταῖς ἄκραις τῶν πόλεων οἰκοδομουμένων.* Lamb.

p. 25 v. 4. *τζυκαλαρεῖον* Graecis recentioribus dicitur locus ubi fiunt vel venundantur ollae, a *τζυκάλη*, id est *olla.* perperam in aliquot codicibus legitur *τζυβαλκρίων.* Lamb.

p. 25 v. 15. *τοῦ προδρόμου*] iniuste conqueritur Gyllius Topogr. CP 1 3 Codinum templum S. Ioannis praecursoris sive baptistae intra muros ponere, cum etiam multis annis post Constantinum extra urbem fuerit. nam si recte eius verba introspexisset, animadvertisset procul dubio eum simpliciter dicere muros Byzantii a Milio pertendisse usque ad antiquam portam prodromi seu S. Ioannis baptistae. tantum igitur abest ut dicat templum S. Ioannis baptistae intra muros fuisse, ut ne mentionem quidem templi illius fecerit. et quamvis dixisset hanc urbis portam a quodam prope sito templo S. Ioannis baptistae fuisse denominatam, non tamen addidit fueritne extra an intra urbem illud templum. Lamb.

p. 25 v. 21. *τὸν πέμπτον χρόνον*] Diaconus et Cedrenus trigesimum annum dicunt. Meurs.

p. 26 v. 1. *σεισμοῦ γεγονότος*] duravit hic terrae motus menses quattuor, ut referunt Cedrenus et Diaconus. Meurs.

p. 26 v. 2. de Chatzintzariorum haeresi vide Nicephorum Callist. 18 56. exorta autem est haec haeresis temporibus Constantini Heraclii filii, circa annum Christi 640. Lamb.

p. 26 v. 3. *τὸ τρισάγιον*] vide Glossarium nostrum, in quo abunde satisfecimus. Meurs.

p. 26 v. 4. τὸν κάμπον τοῦ τριβουναλίου]. proprie hic locus *Campus* dicebatur. Diaconus: *ut timentes Byzantii extra civitatem, in loco qui dicitur Campus, essent perseverantes.* Theodorus Anagnosta Eclog. 1: ἐν ταῖς λιταῖς γενομέναις ἐν τῷ κάμπῳ πεζὸς Μαρκιανὸς ἐξερχόμενος πολλὰς τοῖς δεομένοις δωρεὰς παρεῖχεν. et hic quoque defigi solita noxiorum capita. colligo ex Diacono in Phoca: *Phocas tyrannus Mauritium peremit, ut praedictum est, una cum masculis quinque pueris eius, et horum capita iussit poni in Campo tribunalii diebus multis.* Meurs.

p. 26 v. 5. Πρόκλου] hic est ille ipse Proclus ad quem exstat Synesii epistola 70. facile mihi assentieris, qui attendis initium: πέρυσιν οὐχ ἥκει μοι γράμματα παρὰ τῆς ἱερᾶς σου χειρός. item exodium: γενέσθω δή τις παραμυθία τὸ δέξασθαι τῆς πατρικῆς σου κεφαλῆς γράμματα, τὸ τιμαλφύστατον ἀπὸ Θρᾴκης ἀγώγιμον. Meurs.

p. 26 v. 15. τῶν Βλαχερνῶν] erat illic templum. Cedrenus: καθ' ἣν ἡμέραν εἴθιστο ἀπιέναι πρὸς τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον ναόν. atque inde intelligendus Diaconus, qui in Heraclio narrat filium eius Constantinum in Blachernis a Sergio patriarcha esse baptizatum. exstruxit hoc Theodosii soror Pulcheria post mortem fratris, teste Zonara. et hic tradunt vestem ac zonam τῆς θεοτόκου dedicatas fuisse. auctores et Nicephorus 15 14 et Menologium. erat praeterea illic triclinium Anastasii. vide Suidam in Ἀναστάσιος. atque hic magnus logotheta iusiurandum accipiebat novi imperatoris. licet haurire ex Niceta p. 147 6. conflagravit sub Ioanne Palaeologo, viginti circiter annis ante captam urbem a Turcis. vide Phranzen Chronic. 2 10. Meurs.

p. 26 v. 15. τῆς χρυσείας] hic erat simulacrum Theodosii maioris, quod corruit ex terrae motu temporibus Leonis. auctor est Diaconus. Meurs.

p. 27 v. 1. τοῦ Σελεύκου] Suidas in Σέλευκος. Meurs.

p. 27 v. 2. Νικάνορος] scribe Νικάτορος. sic etiam apud Suidam in v. Σέλευκος, pro Νικάνωρ Νικάτωρ legitur. Lamb.

p. 27 v. 9. ἐν ταῖς ἑορταῖς] Suidas in Ἀτραβατικάς. Meurs.

p. 28 v. 1. ξηραμπελίνας] Iuvenal. Sat. 6: *et xerampelinas vestes donaverit ipsi.* ubi vetus scholiastes notat xerampelinas vocari vestes ampelino colore tinctas, qui inter coccinum et muricem medius est. Lamb.

p. 28 v. 2. ἀτραβατικὰς] scilicet quasi ἀτραβαπτάς vel ἀτραβαπτικάς, quod colore atro tinctae essent. sed rectius observat Salmasius ad Trebellium Pollionem et Flavium Vopiscum Atrabatica saga et Atrabaticos birros nomen accepisse ab Atrebatis Galliae populis. Lamb.

p. 28 v. 4. τραβέαι δὲ] illustrat hanc trabearum descriptionem Ioannes Lydus libro *de mensibus* p. 9. LAMB.

p. 28 v. 5. τῇ πέμπτῃ] apud Suidam in *Αὔγουστος* est τῇ ιε΄. MEURS.

p. 28 v. 10. πρότερον Γουστεῖον λεγόμενον et paullo post v. 17 τὸ πρότερον οὖσαν Γουστεῖον. utrobique rescribo Αὐγουστεῖον. Suidas in *Αὔγουστος*: οἱ ῥεγεωνάρχαι καὶ σεβαστοφόροι ἐχόρευον ἐν τῷ Αὐγουστείῳ οἷον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ. iterum alibi in Ἰουστινιανός: ἐμαρμάρωσεν αὐτήν, τὸ πρὶν οὖσαν Αὐγουστεῖον. descriptio urbis CP: *Tetrapylum aureum unum, Augusteum, Capitolium, Monetam.* tamen non temere damnem. vide Glossarium nostrum in hac voce. MEURS. ante templum S. Sophiae et palatium imperatoris forum erat, quod antiquitus vocabatur γουστεῖον sive ὀψοπώλιον, quia obsonia in eo vendebantur. postquam vero Iustinianus aedificato templo S. Sophiae simul hoc forum purgavit et marmoreo stravit pavimento, pro γουστεῖον nominatum fuit αὐγουστεῖον, et vulgo αὐγουστεών, ut παλατιών pro παλάτιον. huius loci ἔκφρασιν scripsit Georgius Pachymerius [editam a Boivino not. ad Gregoram]. pro ἐν τῷ Γουστείῳ (v. 6) perperam antea legebatur ἐν τῷ αὐγουστεῶνι. item apud Suidam corrupte legitur ἐν τῷ αὐγουστείῳ. recte Ioannes Lydus libro *de mensibus*, unde haec desumpta sunt, p. 124: ἐν τῷ γουστείῳ, inquit, οἷον τῷ ὀψοπωλίῳ εἰς τιμὴν Τιβερίου οἱ σεβαστοφόροι ἐχόρευον. τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον οἱ ἰδιῶται αὐγουστιῶνα καλοῦσιν. LAMB.

p. 28 v. 11. ἐν μὲν τῇ ἀψῖδι] Cedrenus: ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὴν ἀψῖδι τοῦ φόρου ὁ μέγας ἵδρυται Κωνσταντῖνος μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, μέσον ἔχοντες σταυρόν. vide etiam Suidam in Ἑλένη et στήλη. MEURS.

p. 28 v. 12. γράφων] pro ἐν ᾧ ἐγράφη. saepe alias verbum γράφειν apud Codinum hac significatione occurrit. LAMB.

p. 28 v. 14. ταχυδρόμων στῆλαι πτερωταί] procul dubio angelorum statuae fuerunt, quibus ad exprimendam eorum celeritatem alas tribuit antiquitas. ita Paulus Silentiarius εὐπτέρυγας vocat in descriptione templi S. Sophiae, v. 559 (695 ed. Bonn.):

πῇ μὲν ἐϋπτερύγων στρατὸν ἔξεσεν ἀγγελιάων.

refert autem historiae Miscellae auctor l. 2 Constantinum, cum in caelo signum crucis exterritus admiraretur, sibi adstare vidisse angelos dicentes ἐν τούτῳ νίκα. ad conservandam igitur eius rei memoriam non mirum est quod ait hoc loco Codinus, cruci, ad imitationem illius caelestis erectae, angelorum simulacra apposita fuisse. huc facit quod memorat Anastasius Bibliothecarius, Constantinum magnum Basilicae Constanti-

nianae obtulisse quattuor angelos argenteos cruces tenentes. Lamb.

p. 28 v. 16. ὁ Ἰουστινιανὸς] Suidas in Ἰουστινιανός. acciderunt autem haec anno 16 imperii eius, teste Cedreno. Meurs.

p. 29 v. 6. errant qui pro ἀπώσεως legendum censent ἁπλώσεως: impossibile enim est unam et eandem manum explicatam simul et complicatam fuisse. sensus igitur huius loci est, Iustiniani statuam ita figuratam fuisse ut dextra manu Orientem versus extenta Persas videretur ἀπωθεῖσθαι, hoc est repellere et in provincias Romanas invadentes a progressu arcere. tali ἀπώσει χειρός etiam nos hodieque utimur, ubi importune supervenienti signum recessus damus. caeterum pro τῆς χειρός, quod ex cod. Vat. restitui, perperam antea legebatur τῶν χειρῶν. itidem corrigendus est Suidas v. Ἰουστινιανός. Lamb.

p. 29 v. 9. περὶ τὸ βόρειον μέρος τοῦ φόρου] Suidas in σταυρός. Meurs.

p. 30 v. 1. θέαμα] sensus est fuisse quosdam qui Xerolophum inter spectacula Cpoleos numerarent, seu res prae caeteris in ea spectatu dignas. itidem corrigendus et interpretandus est Suidas in v. Ξηρόλοφος. Lamb.

p. 30 v. 6. Ξηρόλοφος] restituendum est per occasionem Xerolophi nomen apud Diaconum in Leone: *cecidit et titulus Arcadii, qui supra Xerolophi columnam stabat.* hodie male editur *Xerophili.* Meurs.

p. 30 v. 9. πεπτωκέναι τὰς στήλας] accidit id 14 anno imperii Iustiniani, teste Cedreno; qui tamen dextram tantum statuae cuiusdam ibi positae corruisse auctor est. Meurs.

p. 30 v. 11. οἱ δύο σταυροὶ] Suidas in φόρος. sed illic corrige ὑπῆρχον δύο σταυροί. hodie depravate editur δύο στρατηγοί. manifestum mendum. Meurs.

p. 30 v. 14. εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα] Suidas in Μάμας. Meurs.

p. 30 v. 20. ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ Νουμεριανοῦ Καίσαρος] si genuina est haec lectio, vertendum videtur: *qui fuit partium Numeriani Caesaris.* in cod. Vat. legitur ὃς ἦν εἰς τὸν ἀπὸ Νουμεριανοῦ Καίσαρος, in Collectaneis anonymi ὃς εἰς τὸν ἀπὸ Νουμερίου Καίσαρος ὑπῆρχε, apud Suidam ὃς ἦν Νουμεριανοῦ Καίσαρος. unde quidam probare conantur Basiliscum Numeriani Caesaris filium fuisse; sed aequius est credere Suidae hunc locum esse decurtatum, quam dubioso atque unico eius testimonio Basiliscum Numeriano Caesari filium affingere. Lamb.

p. 31 v. 7. τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος] Suidas in Προκόπιος. Meurs.

p. 31 v. 9. θεμάτια] scribe ὁ μετατεθεὶς τὸ θεμάτιον βρόχῳ παραδοθήτω, id est, *quisquis hoc signum loco moverit, laqueo pereat.* similiter corrigendus est Suidas v. Προκόπιος. similis huic inscriptio est incisa pectori statuae muliebris, in modum termini factae, quae hoc anno reperta est Romae in regione Transtiberina: *quisquis hoc sustulerit aut laeserit, ultimus suorum moriatur.* Lamb.

p. 31 v. 17. ἐρρίπτοντο οἱ βιοθάνατοι] Suidas in κυνήγιον. fiebat autem hoc quoque in Pelagio. Zonaras Annal. 3: καὶ ῥίψαι εἰς τὰ Πελαγίου, ἔνθα ἐρρίπτοντο οἱ πολέμιοι καὶ κατάκριτοι. fuerat antea fanum S. Pelagiae, sed Constantinus Copronymus demolitus sepulturae damnatorum destinavit. vide Cedrenum et ipsum quoque Zonaram Annal. 3 p. 90. Meurs.

p. 32 v. 6. δοῦναι τὸν Ἱμέριον] verbum διδόναι pro κρούειν, id est *affligere* seu *ad terram prosternere*, alias occurrit apud Codinum in libro *de aedificiis*. τοῦ Λεωμακέλου, inquit, ἐκεῖσε διερχομένου ἐφ' ἵππου, χειμῶνος ὄντος, κρύσταλλον ἔπεσεν καὶ ἔδωκεν αὐτόν. in alio quodam codice totus hic locus paulo mutatus ita legitur: παρευθὺ πέπτωκεν ἡ στήλη ἐκ τοῦ ἐκεῖσε ὕψους καὶ ἐθανάτωσε τὸν Ἱμέριον. Lamb.

p. 32 v. 13. Φιλιππικὸς] hic ille Philippicus, qui Iustiniano occiso imperium invasit. certe de Philippo hic locus esse non potest, qui post Gordianum regnavit annis sex. Meurs.

p. 33 v. 11. βάθρα hic significat *gradus* seu *tribunalia*. τόποι vero cognomen est, quo tribunalia ista, quorum hic mentio fit, a reliquis dignoscebantur. vertendum ergo: *prope gradus qui vocantur Topi.* quare autem cognominati fuerint Topi, plenissime narratur in libro *de aedificiis.* corrigenda hinc Suidae versio v. στήλη. Lamb.

p. 33 v. 12. ἀρχιστρατηγός pro *S. Michaele* aliquoties occurrit in libro *de aedificiis.* apud Suidam legitur ἐν τῷ τοῦ ἀρχιστρατηγοῦ, quod idem valet atque ἐν τοῖς τοῦ ἀρχιστρατηγοῦ μέρεσιν. interpres perperam vertit: *in praetoris domo.* Lamb.

p. 33 v. 14. σέκρετον dicitur locus in quo iudices conveniunt et causas audiunt. Harmenop. lib. 3 tit. 4: βεβαιούσθω ἡ πρᾶσις ἐπὶ σεκρέτῳ. Latini iuris auctores secretarium vocant, ut passim videre est in codice Theodosiano et Iustinianeo. puto Graecos recentiores σέκρετον pro *secretarium* dixisse, ut μίλιον pro *miliarium.* in codice Bavarico pro σέκρετον perperam scriptum fuit σεκρέτον. Lamb.

p. 33 v. 15. Graeci βασιλικὰς πύλας vocant *portas maiores*, ut hoc loco Codinus, et p. 143 v. 8: ἔδραμε δὲ ἀπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν μέχρι τοῦ ἄμβωνος. etiam Latini *regias* nuncupant, ut testatur inscriptio antiqua quae exstat in descript. Romae Subterr. p. 107. et Anastasius Bibl. in vita Cononis:

ad custodiendas, inquit, *regias Basilicas clausas observabant.* Lamb.

p. 34 v. 10. in cod. Bavar. pro Ἰουλιανοῦ Ἰουλιανῆς, quam lectionem etiam in uno cod. Vat. reperi. sed quaenam est ista Iuliana? si certo constaret Minervinam, primam Constantini magni uxorem, Iuliae praenomen habuisse, scribendum censerem: Ἰουλίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. cum vero hoc nondum satis probatum sit, transpositis verbis hunc locum ita legendum existimo: *Κωνσταντίνου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ καὶ Γάλλου καὶ Ἰουλιανοῦ.* Lamb.

p. 34 v. 13. *καὶ Τιβερίου καὶ τοῦ κυρτοειδοῦς*] hic locus ita emendandus ex Collectaneis anonymi: *καὶ Τιβερίου τοῦ κυρτοειδοῦς Θρᾳκός, καὶ Ἰουστίνου τοῦ πρώτου λεπτοειδής.* id est, *et statua Tiberii Thracis incurva et Iustini primi forma macilenta.* adiectivum λεπτοειδής respondet paulo praecedenti substantivo *στήλη*. Iustinus is primus est, qui alias cognominatur Thrax. Lamb.

p. 35 v. 6. *ἐστοιχειωμένον* hoc loco idem valet quod *τετελεσμένον*, hoc est *magice consecratam.* ita *στοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια* vocat Nicetas Choniates *statuas* et *imagines consecratas*, quarum virtute urbs credebatur conservari incolumis. huiusmodi autem statuas conficere et consecrare ipsemet Codinus p. 55 v. 2 *ἀγάλματα στοιχειοῦν* appellat. dicit igitur Codinus hoc loco mediam crucem, quam Constantinus et Helena manibus gestabant, ambiisse catenam clausam et magice consecratam, in qua fatum seu fortuna urbis crederetur consistere, ita ut, quousque illa catena integra et obserata maneret, urbs omnium gentium victrix esset et ab hostium impetu libera. de eiusmodi consecrationibus magicis, quae ad regnorum et urbium conservationem vel ad hostium incursiones prohibendas antiquitus adhibebantur, prolixe agit Salmasius ad Fl. Vopiscum. quare non nisi unicum adscribam locum ex Augustini de civ. Dei 5 26, quem observavi huic rei illustrandae servire posse. verba Augustini sunt haec: *victor autem* (Theodosius contra Eugenium tyrannum) *sicut crediderat et praedixerat, Iovis simulacra, quae adversus eum fuerant nescio quibus ritibus velut consecrata et in Alpibus constituta, deposuit.* Lamb.

p. 35 v. 10. *κατήνα* et *κατήνιον* Graecis recentioribus *catenam* significant. Lamb.

p. 35 v. 12. *Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκός*] scribe *Ἰουστίνου τοῦ ἀπὸ κουροπαλάτων.* omnibus scriptoribus historiae CP constat Iustini Thracis uxorem Euphemiam nominatam fuisse, Iustini vero curopalatae Sophiam. corrigendus etiam Suidas v. *μίλιον*, ubi legitur *Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ:* scribendum

Ἰουστίνου, scilicet curopalatae, vel ut loqui amat anonymus in Collectaneis, τοῦ μετὰ τὸν μέγιστον Ἰουστινιανόν. Lamb.

p. 35 v. 12. *Ἀραβίας*] fuit haec Arabia Iustini iunioris et Sophiae filia: Helena vero filia fuit Baduarii Curopalatae et Arabiae, neptis Iustini iunioris. Lamb.

p. 35 v. 18. *θεματικοί*] hoc est ἐπαρχειῶται seu *provinciales.* Lamb.

p. 35 v. 20. *πιττάκια* hoc loco *libellos supplices* significant. Lamb.

p. 36 v. 5. *πιττάκια δεητικά* sunt *libelli supplices:* paulo inferius vocantur *δεήσεις*, et *ii qui supplicant* seu *libellos supplices offerunt* οἱ δεόμενοι. Lamb.

p. 36 v. 18. *ἀλογίστους* vocat Codinus vel qui omnino Christianae fidei adversantur, vel qui Christianos quidem se profitentur, sed non catholicos. ita alias hoc libro Leonem Isaurum iconomachum ἀλόγιστον nuncupat. Lamb.

p. 37 v. 2. *ὁ Συμεὼν*] quisnam est hic Symeon quem Codinus tempore Phocae tyranni vixisse ait? scio equidem fuisse duos Symeones stylitas, quorum primus temporibus imperatorum Marciani et Leonis Macelli floruit, ut referunt Cedrenus Suidas et complures alii scriptores: secundus circa annum duodecimum Mauricii imperatoris vitam finivit, ut testantur Evagrius 4 22 et Nicephorus Callistus 18 24. sed cum uterque ante Phocae imperium vixerit, nihil ad rem praesentem faciunt. in cod. Vat. pro *ὁ Συμεών* legitur *ὁ Συκεών*: quare scribendum censeo *τότε δὲ ἦν ὁ Συκεώτης ὁ ὅσιος*, vel quod idem valet, *τότε δὲ ἦν ὁ ὅσιος Θεόδωρος ὁ Συκεώτης.* ita vero emendandum esse hunc locum patet ex anonymi Collectaneis chronicis, unde quicquid hoc loco Codinus narrat de statua Phocae et S. Theodoro Syceota desumptum est. *ἡ στήλη*, inquit, *ἡ ὄπισθεν τῆς μαγναύρας, κατὰ τὸ ἀνατολικὸν μέρος τοῦ ἡλιακοῦ μετεώρου, Φωκᾶ ἐστίν. καθ' ἣν ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ σπουδὴν πολλὴν περὶ τοῦ ἀνελθεῖν ἐπεδείξατο. μοναχός δέ τις ἐκ τῆς τοῦ ὁσίου Θεοδώρου τοῦ λεγομένου Συκεώτου μονῆς, κατὰ ταῦτα γὰρ καὶ ὁ μακάριος Θεόδωρος ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ Φωκᾶ* etc. caeterum cognomen *συκεώτου* S. Theodorus accepit a loco quodam Galatiae nuncupato *συκεών*, unde oriundus fuit, ut testatur Menologium Graecorum die 22 Aprilis: *ὁ ὅσιος Θεόδωρος ὁ συκεώτης ὥρμητο ἐκ τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας ἐκ χωρίου λεγομένου συκεοῦ, κατὰ τοὺς χρόνους γεννηθεὶς Ἰουστινιανοῦ τοῦ πάλαι.* ibidem de eo hic versus legitur: *εἰκάδι δευτερίῃ συκεώτην τύμβος ἔκρυψεν.* ubi nota eum omisso nomine Theodori simpliciter vocari *συκεώτην*: ad eundem enim modum hoc quoque loco apud Codinum scriptum fuisse et scribendum esse credo, *τότε δὲ ἦν ὁ Συκεώτης ὁ ὅσιος.* Lamb.

p. 37 v. 5. κούντουροι et κούνταρα hic significant *equos cursus publici*, uti etiam in titulo 17 libri 57 Eclog. Basilicon, qui ita conceptus est: περὶ τοῦ δημοσίου δρόμου καὶ τῶν τοῖς κοντούροις χρωμένων. in cod. Vat. pro κουντούρων legitur κουρσώρων. κουρσῶρες autem Graecis recentioribus vocantur *nuntii:* videtur ergo ἡ ἀλλαγὴ τῶν κουρσώρων exponenda esse *statio*, ubi cursores seu nuntii equos mutabant. non equidem hoc absurdum est, sed tamen magis mihi placet ut pro τῶν κουρσώρων scribatur τῶν κουρσωρίων, scilicet ἵππων vel ζώων. ἵπποι κουρσώριοι seu *equi cursorii* dicuntur equi publico cursui destinati. in cod. Theod. appellantur *equi cursuales*, et apud Graecos iuris auctores ζῶα δρομικά. cursorii autem simpliciter hic dicuntur pro *cursoriis equis*, ut apud Sidonium ep. 5 l. 1 *cursoria* pro nave cursoria seu cursui publico maritimo destinata: *Ticini*, inquit, *cursoriam* (sic navigio nomen) *ascendi*. Lamb.

p. 37 v. 5. ἠντζοκόπησε τὰ κούντουρα] sensus huius loci, quantum coniectura assequi possum, is est, Phocam tyrannum quam nescio ob causam CP profugisse, et, ut iis qui eum insequebantur fugientem elaberetur, equis cursoriis seu publico cursui destinatis nervos incidisse, posteaque in urbem rediisse, imperioque potitum ad perpetuam eius rei memoriam erexisse duas equorum statuas, quibus nervi crurales incisi essent, et locum ab iis denominasse δίιππιον. sed vereor ne suo more Codinus Phocam tyrannum confundat cum Barda Phoca, Nicephori Phocae imperatoris nepote, cuius exsilium et affectatio imperii quodammodo quasi umbra sunt huius fabulae de Phocae tyranni fuga et adeptione imperii. caeterum quod ait Codinus Phocam nervos equorum incidisse, ne usui essent illis qui ipsum insequebantur, eius rei exemplum exstat apud Zonaram in vita Iustiniani Rhinotmeti secundum imperantis: εἶτα τοὺς ἵππους πάντας νευροκοπήσαντες, ἵνα μὴ τούτους λάβοιεν οἱ πολέμιοι, τοῖς τοῦ στόλου σκάφεσιν ἐμβεβηκότες ἐπανῆλθον εἰς τὸ Βυζάντιον σὺν αἰσχύνῃ πολλῇ. idem ad eundem modum refert Cedrenus. notandum vero apud utrumque eorum νευροκοπεῖν idem significare atque apud Codinum ἀντζοκοπεῖν. nam ἄντζα vel ἄνζα vel ἄντα recentioribus Graecis dicitur pars exterior cruris tumida vel nervosa, ut testatur Eustathius ad Iliad. π p. 1061: ἔνθα ὅρα, inquit, ὅτι μυὼν ἡ γαστροκνημία ἐστίν, ἣν ἡ τῶν πολλῶν γλῶσσα ἄνζαν φησί, συγκειμένη ἐκ νεύρων πολλῶν καὶ συνεστραμμένων σαρκῶν. videndus idem ad Iliad. ψ p. 1326. Lamb.

p. 37 v. 6. ἀλλαγὴν χερσαῖαν verti *mutationem cursus publici terrestrem*. his autem Codini verbis confirmatur, quod pridem ad ista Sidonii verba, *Ticini cursoriam ascendi*, observavit Iacobus Sirmondus, cursum publicum non tantum per

terras equis vehiculisque, sed etiam navigiis per maria fluviosque distributis peragi solitum fuisse. pro duplici enim hoc modo cursus publici duplices etiam fuere mutationes seu stationes, nempe terrestres et maritimae. LAMB.

p. 37 v. 10. *δίπτυον*] mihi dubium non est quin utrobique apud Codinum scribendum sit *διίππιον*: dicit enim in praecedentibus hunc locum ita denominatum fuisse a statuis duorum equorum, quas Phocas ibi erexerat. bis etiam fit Dihippii mentio apud Zonaram in vita Constantini Copronymi. LAMB.

p. 38 v. 3. *τῶν δώδεκα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου*] supra dixit Codinus Constantinum Roma evocasse quattuor magistros, Adan Protasium Scolymbum Philoxenum, et octo patricios, Probum Domninum Darium Maurum Rhodanum Salustium Modestum et Eubulum, iisque Cpoli suis sumptibus domus aedificari curasse, per omnia similes illis quas Romae reliquerant. has igitur duodecim illas domus esse puto, quarum unam Codinus hoc loco ait cognominatam fuisse *Lausi*. LAMB.

p. 38 v. 13. *ἡ δὲ ἐν τῷ Ζευξίππῳ*] statuarum quae positae fuerunt in balneo Cpolitano nuncupato Zeuxippi vel Zeuxippo, elegans exstat descriptio Christodori poetae, qui vixit sub Anastasio Dicoro. sed perperam nunc illa in epigrammata dissecta et quinto Anthologiae libro inserta est. titulus eius in codice ms hic habetur: *Χριστοδώρου ποιητοῦ τοῦ Θηβαίου Κοπτίτου ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου.* in codicibus impressis male pro *κοπτίτου* editum est *κοπίτου*: oriundus enim fuit Christodorus ex Copto, celeberrima olim Aegypti urbe et Thebaidos metropoli. praeterea notandum est in iisdem codicibus post versum 120, *οὐ μόθον ἐντύνων Πελοπήϊον, ἱστάμενος δέ*, tollendam esse inscriptionem *εἰς Πυθαγόραν*, et facta interpunctione post vocem *Πελοπήϊον* verba *ἱστάμενος δέ* sine distinctione annectenda esse sequenti versui: *ἔπρεπε Πυθαγόρης*. LAMB.

p. 38 v. 15. *βασιλικὴ κίνστερνα*] prope hanc erat palatium in quo habitabat magister oecumenicus cum 12 discipulis, viris in omni genere doctrinae eminentibus, ac quibus inconsultis ne ipsi quidem imperatori agere quicquam licebat. vide Glossarium nostrum in *διδάσκαλες*. cisternae vero Cpoli erant plures, una Mocisia, quam Anastasius condidit, teste Suida in *Ἀναστάσιος* et *κίνστερνα*: hanc *τὴν τοῦ ἁγίου Μωκίου κίνστερναν* appellat Cedrenus. erat item frigida, cuius meminit hic ipse auctor supra. etiam Asparis, de qua Cedrenus. in descriptione urbis Cpolitanae tres alias invenio, in regione 5 Theodosianam, in 11 Arcadiacam et Modestiacam. MEURS.

p. 39 v. 6. ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσορόφου ὀπίσω] hic locus ex cod. Vat. et anonymi Collectan. περὶ θεαμάτων ita restituendus est: τὸ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσοφόρῳ, ὀπίσω τοῦ μιλίου, ἀνδρεἰκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον (ἔνθα ἦν τὸ ἔξαμμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως) καὶ γονυκλινές, Ἰουστινιανοῦ ἐστι τοῦ τυράννου, id est, *statua inaurata virilis et genuflexa, quae in ipsa Basilica aureo laqueari operta pone milium est collocata, Iustiniani tyranni est.* verba ἔνθα ἦν τὸ ἔξαμμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως parenthesi includenda: quid vero sibi velint, nondum satis mihi constat. in anonymi Collect. legitur, ἔνθα τὸ ἔξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως κατεσκευάσθη. apud Suidam, v. βασιλική, praepositio ἕως ante Ἡρακλείου inserta est. ibidem pro Ἰουστίνου τοῦ τυράννου scribendum est Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, id est *Iustiniani Rhinotmeti,* ut patet ex anonymi Collect. περὶ θεαμάτων, ubi prolixius agitur de hac Iustiniani Rhinotmeti statua genuflexa. Lamb.

p. 39 v. 8. Terbelis Bulgarorum princeps, cuius auxilio Iustinianus Rhinotmetus imperium recuperavit. Lamb.

p. 39 v. 11. ἐναντίοις ζυγοῖς] Suidae lectionem confirmat, quod paulo post eundem ζυγοπλάστην vocat: ita autem dicitur *falsus libripens,* seu qui πλαστοῖς ζυγοῖς, hoc est *lancibus adulterinis,* in librando utitur. quos ergo Suidas πλαστοὺς ζυγούς vocat, eos appellat Codinus ἐναντίους ζυγούς, id est *lances iniquas* seu impares, quibus opponuntur ἴσοι ζυγοί sive *lances aequae* et pares. hinc corrigenda Suidae versio, v. βασιλική, ubi perperam ζυγοπλάστην interpretantur *fabrum librarum,* et ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς τὴν πρᾶσιν ποιεῖν *libras a se factas vendere,* vel *in libris a se factis suas merces vendere.* Lamb.

p. 40 v. 1. ἐν τῷ μιλίῳ] Suidas in μίλιον. Meurs.

p. 40 v. 3. ἔνθα εὐφημίσθη] in anonymi Collectaneis περὶ θεαμάτων ita legitur: ἔνθα Κωνσταντῖνος ὁ μέγας εὐφημίσθη μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀζώτιον καὶ Βύζαν καὶ αὐτήν, κράζοντος τοῦ Βενέτου μέρους· ἕλες παλίνορσον ἱμάσθλην· ὡς δὲ δὶς ἥβήσας μαίνεαι ἐν σταδίῳ. hinc patet duplex Codini error: primo enim confundit Constantinum magnum imperatorem cum Constantino quodam auriga circensi, in quem aliquot exstant epigrammata Anthologiae l. 5. deinde hunc Constantinum confundit cum alio auriga Porphyrio, in quem similiter plurima exstant epigrammata. unius partem, qua continetur εὐφημισμός seu fausta acclamatio Venetae factionis, citat in supra citatis verbis anonymus περὶ θεαμάτων. epigramma hoc est:

Πορφύριον λήξαντα πόνων λύσαντά τε μίτρην
καὶ πάρος ἀντ' ἀρετῆς χάλκεον ἑσταότα

τῇδε πάλιν χαλκοῦ τε καὶ ἀργύρου ἱδρύσαντο.
πρέσβυ, σὺ δὲ ξείνων ἀντιάσας γεράων
δήμου μὲν βοόωντος ἕλες παλίνορσον ἱμάσθλην,
ὡς δὲ δὶς ἡβήσας, μαίνεαι ἐν σταδίοις.

hic Porphyrius factionis Venetae auriga is est, quem perperam Codinus Constantinum magnum vocat et ob devictum Azotium fausta acclamatione exceptum ait. ipsa verba illius acclamationis continentur ultimo disticho citati epigrammatis. Azotium vero intelligo Prasinae factionis aurigam, qui cum Porphyrio de palma concertavit. similiter corrigendus et illustrandus est Suidas, qui suo more ea quae hic apud Codinum leguntur, iisdem omnino verbis lexico suo infarcivit, voce μίλιον. Lamb.

p. 40 v. 6. statuae Fortunae urbis et pompae, qua in tribunal Hippodromi deducebatur, meminit ipse Codinus p. 59 v. 15 sqq. utrumque Codini locum plenissime illustrat Chronicon Alexandrinum p. 530 2 ed. Bonn. ubi Constantinum dicit praeter illam statuam porphyreticae columnae Fori impositam, aliam sibi fecisse ex marmore, dextra gestantem simulacrum auratum Fortunae urbis Cpolitanae, atque constituisse ut imposterum quotannis die urbis natali ea statua in Hippodromum spectanda deduceretur, exercitu et civibus comitantibus. inde igitur patet theama seu spectaculum, quod hoc loco Codinus describit, fuisse statuam Constantini magni, capite radiato instar solis, quadrigam agitantem, porrectaque dextra sustinentem simulacrum fortunae urbis Cpolitanae. quod dixi Constantini magni statuam fuisse, manifesto testatur Chronicon Alexandrinum; fuisse figuratam instar solis capite radiato, Codini haec verba indicant, ὑπὸ ἡλίου φερόμενον: ibi enim per solem intelligenda est Constantini statua instar solis, ut dixi, capite radiato formata. ita in columna porphyretica fori visebatur Constantinus διὰ τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνας ὡς ἥλιος τοῖς πολίταις ἐκλάμπων, ut refert paulo post Codinus, ubi agitur de columna fori. visitur etiam in aliquot nummis antiquis Constantinus ἡλιοκέφαλος. quod praeterea dixi, hanc Constantini statuam quadrigam agitasse porrectaque dextra sustinuisse victoriolam, ex his Codini verbis elicitur, καὶ ἵπποι χρυσολαμπεῖς τέσσαρες, καὶ διφρηλάτης ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐν τῇ δεξιᾷ φέρων χειρὶ στηλοειδές τι ἄγαλμα, ὅπερ ὡς προεγράφει, εἰς τύχην τῆς πόλεως ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐτίμησε. quem hic Codinus διφρηλάτην seu aurigam vocat, ipse erat Constantinus, vehens curru quadrigarum et dextra gestans parvum aliquod simulacrum, quod cultum fuisse ait pro Genio seu Fortuna urbis. sed verisimile mihi videtur, quam Codinus Fortunam urbis vocat, fuisse Victoriolam. ita in nummo quodam antiquo conspicitur Nero imperator quadrigae insistens, et sinistra palmam, dextra Victoriam tenens ipsum coronantem. Lamb.

p. 40 v. 7. *στάμα* hic significat *τὸ βασιλικὸν κάθισμα τοῦ ἱπποδρομίου*, *tribunal Hippodromi*, in quo imperator sedebat, cum spectaret ludos Circenses. vide quae notavi p. 17 v. 18 ad illa verba *καὶ ἀνέρχεσθαι μέχρι τοῦ στάματος*. Lamb.

p. 40 v. 10. *Ἄρειος*] vide Suidam in *Ἀρειανός*, Rufinum 1 13, Cedrenum, Zonaram Annal. 3. loca non exscribo. Meurs. quicquid hic narrat Codinus de Ario, fragmentum est tertii theamatis seu spectaculi, quod erat in foro. integra eius descriptio exstat in Collectaneis anonymi *περὶ θεαμάτων*, ex quibus ex codice Vaticano hic Codini locus ita supplendus et reformandus est: *ἔνθα* (sc. *ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ φόρου*) *καὶ Ἄρειος τὸν ἔχθιστον θάνατον ὑπέστη, χεῖρονα Ἑλλήνων βλασφημῆσαι ἀποτολμήσας ὁ δείλαιος, καὶ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως βασιλικῇ χειρὶ καθαρπάσαι βουλόμενος. ἀλλ' οὐκ Ἀλέξανδρος ὁ πολὺς ἐν θεογνωσίᾳ τοῦτο παρέσχεν, ἕως τῷ ὀλεθρίῳ θανάτῳ τοῦτον παρέδωκεν. ἐν αὐτῷ οὖν τῷ τόπῳ καθ' παλαιστὰς ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Σενάτου τοῦ φόρου ἐπὶ τοῦ θεοφιλοῦς Θεοδοσίου ἐτυπώθη ἡ τοῦ Ἀρείου εἰκών, ἐν μαρμάρῳ ἀναγλύφῳ γειτνιῶντι τῇ γῇ, καὶ σὺν τῇ τοῦ Ἀρείου καὶ ἡ Μακεδονίου Σαβελλίου καὶ Εὐνομίου, πρὸς αἰσχύνην αὐτῶν, ὡς ἂν οἱ παρερχόμενοι κόπρον καὶ οὖρον καὶ ἐμπτύσματα ἐρρίπτωσιν αὐτοῖς*. Lamb.

p. 40 v. 11. *τοῦ φόρου τοῦ σενάτου*] scribe *τοῦ σενάτου τοῦ φόρου*, hoc est *camera Senaculi, quod est in foro*, scilicet Constantiano, ubi stabat columna porphyretica. Lamb.

p. 40 v. 14. *Μακεδονίου*] hic in locum Paulli episcopi subrogatus ab Arianis anno 5 imperii Constantini magni, anno 24 pellebatur Cpoli. testis nobis huius rei est Hieronymus in Chronico. Meurs.

p. 40 v. 14. *Σαβελλίου*] Sabellius sub Gallo et Volusiano vixit; de cuius haeresi Eusebius l. 7 et Harmenopulus lib. de Sectis. Meurs.

p. 40 v. 14. *Εὐνομίου*] hic sub Valentiniano et Valente vixit. Hieronymus testis in Chronico. Meurs.

p. 40 v. 19. *καὶ Καλλίστρατος πρῶτος*] haec prolixius narrantur in anonymi Collect. Lamb.

p. 40 v. 20. *τοῦ δήμου*] factio intelligitur Prasina. Lamb.

p. 41 v. 5. *τὸ Παλλάδιον*] in aliquot codd. Vaticanis et Bavarico pro *παλλάδιον* perperam legitur *παψάδιον*; quo mendo deceptus Meursius alias inauditum vocabulum *παψάδιον* inter Graeco-barbara rettulit. Palladii huius meminit Chronicon Alexandrinum p. 528 13 et Iulius Pollux in supra citato fragmento Chronici inediti. Lamb.

p. 41 v. 10. *ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος*] haec est celebris illa Apollinis statua, quam Heliopoli deductam Constantinus magnus columnae porphyreticae fori imposuit, addita hac in-

scriptione: *Κωνσταντίνῳ λάμποντι ἡλίου δίκην.* inscriptionem hanc repperi apud veterem Chronographum ms Bibl. Reg. cuius haec verba sunt, ubi agit de Constantino magno: *κτίζει δὲ τὴν πόλιν ἀπὸ μὲν τῆς ἐλεύσεως αὐτοῦ τῆς πρὸς τὸ Βυζάντιον εἰκοστὸν πρῶτον ἔτος, ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτη κε', ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἔτος ἦν ͵εωλζ'. ἐντεῦθεν ἦλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἁγίους καὶ ἐμφανεῖς πατέρας πρὸς τὸ εὐλογηθῆναι παρ' αὐτῶν τὴν πόλιν ἣν ἔκτισεν. ᾠκοδόμησε δὲ παλάτιον καὶ ἱππικὸν καὶ τοὺς δύο τερπνοὺς ἐμβόλους, καὶ τὸν φόρον, ἐν ᾧ κίονα μονόλιθον καὶ ὁλοπόρφυρον ἔστησεν, ἐκ Ῥώμης ἀγαγών, ἐκδήσας αὐτὸν διὰ χαλκῶν ζωνῶν γεγραμμένων. ἱδρύσατο δὲ ἐπάνω αὐτοῦ ἀνδριάντα ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ, ἐπιγράψας διὰ τὰς ἐν αὐτῷ ἀκτῖνας· Κωνσταντίνῳ λάμποντι ἡλίου δίκην. ὃς ἦν μὲν ἔργον Φειδίου, ἤχθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν.* restituenda ergo est haec inscriptio Cedreno, apud quem corrupte legitur: *ἐν ᾧ γέγραπται Κωνσταντῖνος ἔλαμψεν ἡλίου δίκην· ὃς ἦν μὲν* etc. corrigendus etiam Zonaras, ubi de hac statua loquitur: *λέγεται δὲ καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι στήλην τὸ ἄγαλμα, καὶ μετενεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Φρυγίᾳ πόλεως τοῦ ἡλίου.* scribe *ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Φρυγίᾳ πόλεως τοῦ ἡλίου.* ita Iulius Pollux in supra citato fragmento Chronici. puto autem statuae illius solaris exemplar esse imaginem, quae visitur in quodam Constantini magni nummo, vultu dextraque versus caelum porrectis, septem in capite radios gerens, atque sinistra manu globum, cum inscriptione *Claritas reipublicae.* LAMB.

p. 41 v. 14. *κιονάρια ὀκτὼ*] scribe *κιονάριον περιφέρει ταῶνος καὶ ἀετοῦ καὶ λέοντος λαγώου τε καὶ κριῶν κάρας.* fuit statua naturae, quae innumeris mammis et omnigenorum animalium capitibus circumdata figuratur. vide quae notavi ad anonymi Collectanea *περὶ θεαμάτων.* LAMB.

p. 41 v. 20. *Γαληνὸς*] diversus hic est a Galeno, qui sub Marco Commodo et Pertinace imperatoribus vixit. LAMB.

p. 42 v. 4. *τὰ μέλλοντα συμβαίνειν*] nempe quod Verina, Zenone genero fugato, fratrem suum Basiliscum ad imperium promotura esset. LAMB.

p. 42 v. 16—18. *ἔνθα τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν — Ἀλωνίτζιον*] haec verba ita transponenda sunt: *ἔνθα πρώην παλάτιον ὑπῆρχε καὶ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἥκοντας ἐδέχετο ἐκεῖσε, δηλονότι εἰς τὸ καλούμενον Ἀλωνίτζιον. Ἀλωνίτζιον* Graecis recentioribus dicitur domus, quibuscunque sive indigenis sive peregrinis publice alendis destinata. Cpoli *κατ' ἐξοχὴν* vocabatur *Ἀλωνίτζιον* palatium a Constantino magno in regione Tauri exstructum, in quod proceres Romae antiquae Cpolim venientes recipiebantur, ut testatur Codinus in libro *de aedificiis* p. 74 v. 9. hoc loco

ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων appellat. pro Ἀλωνίτζιον etiam contracte scriptum invenitur ἀλωνίτζιν, ut pro καραβίτζιον καραβίτζιν, pro πέτριον πέτριν, etc. LAMB.

p. 43 v. 3. Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ] v. Nicetas Choniates p. 848 21 et 857 14 ed. Bonn. sed quicquid ille dicat, mihi dubium non est quin fuerit antiqui cuiusdam Romanorum imperatoris statua equestris: ita enim plerumque formari solitas fuisse, ex nummis et statuis antiquis hodieque videre est. LAMB.

p. 43 v. 6. ἱστορίας τῶν ἐσχάτων] procul dubio inscriptio et caetera ornamenta intelligenda sunt, quae basi illius equestris statuae insculpta fuerunt. sed Codinus hic nugatur more recentiorum Graecorum, qui quascunque inscriptiones et figuras antiquitatis Romanae oracula et praesagia rerum futurarum interpretantur. LAMB.

p. 43 v. 7 sq. τὸ ἐμπόδιον — γονυκλινὲς ἔχει] si genuina est haec lectio, verbum ἔχει referendum videtur ad illud quod superius dixit, ἐγγεγραμμένας ἱστορίας τῶν ἐσχάτων τῇ πόλει. statuam autem virilem vinctam et genuflexam, quam Codinus ait ad pedes (sic enim vertit ἐμπόδιον) equestris illius statuae fuisse collocatam, nationis cuiusdam devictae simulacrum fuisse verisimile est. γονυκλινές verti genuflexum, et hoc revera hic significat, uti etiam supra in descriptione theamatis secundi. errat igitur Meursius, qui in Glossario Graeco-barbaro utrumque Codini locum citans γονυκλινές substantive accipi credit, et significare *pulvinar*, quod genibus substernitur. LAMB.

p. 43 v. 9 sq. ὁ ποῦς — ἐγγεγραμμένον] in cod. Vat. haec verba praecedentibus absque interpunctione annexa sunt, et pro τοῦ μεγάλου legitur τοῦ ἵππου. quare credibile est Codinum scripsisse, ὁ ποῦς εὐώνυμος ὁ ἐμπρόσθιος τοῦ ἵππου, ὃς τὸ ἀνθρωποειδὲς χαλκούργημα βραχὺ παντελῶς καὶ δεδεμένον γονυκλινὲς ἔχει, καὶ αὐτὸς σημαίνει ὅτι ἐκεῖσε ἐγγεγραμμένον. id est, *etiam equi pes laevus anterior, cui sigillum aereum virile vinctum et genuflexum inclusum est, praesignificat quae in eo inscripta sunt.* nempe respicit Codinus ad illud quod refert Nicetas Choniates p. 849 10, in anteriori sinistra ungula illius equi latuisse imagunculam consecratam viri clavo transfixi et plumbo undique cincti; quae ad conservationem urbis et prohibendas barbarorum incursiones ibi inclusa erat. cf. idem p. 858 6. de eiusmodi statuis consecratis alias quaedam notavi. LAMB.

p. 43 v. 10. ὁ μέγας κίων] columnam cochlidem Theodosii in Tauro sitam hic intelligendam esse censeo, quae ad summitatem usque intra se pervia erat, et circumcirca figuris sculptis exornata. Manuel Chrysoloras in epistola de comparatione veteris et novae Romae κίονας περιγλύφους vocat.

eius generis columnae sunt Traiana et Antonina, quae hodieque Romae visuntur. Codinus hic suo more nugatur, et figuras Romanas pro oraculis habet. LAMB.

p. 44 v. 1. καρούχα et καρούκα Graeco-barbare dicitur *currus*. LAMB.

p. 44 v. 17. ἱστορίας ἐνζώδους vocat Codinus *historias figuris expressas*. LAMB.

p. 44 v. 20. τῶν ἀσπαζομένων] loquitur de statuis Constantii et Constantis post patris obitum in spem perpetuae concordiae erectis in Philadelphio, quarum supra meminit p. 43 v. 18. LAMB.

p. 45 v. 1. ὅτι τὸ λεγόμενον] legendum esse videtur ὅτι εἰς τὸ λεγόμενον μόδιον ὡρολόγιον ἦν καὶ τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου. vide quomodo verterim, et quid ea de re notaverim ad p. 65 v. 16. LAMB.

p. 45 v. 6. κουμούλιον] *cumulus* Latinis dicitur, quod Graeci antiqui vocant σώρευμα et ἐπίμετρον, hoc est *quod mensurae plenae seu iustae additur*. idem apud recentiores valet κούμουλος. sic hoc loco, et p. 66 v. 5 *modium cumulatum* Codinus appellat μόδιον κουμούλιον. LAMB.

p. 45 v. 7. ῥίγλιον] ῥίγλα vel ῥῆγλα, quasi regula, Graecis recentioribus dicitur *radius* seu *hostorium*, quod est instrumentum quo raduntur mensurae. ita hic μόδιος vel μόδιον ῥίγλιον appellatur *modius radio adaequatus*. caeterum ῥίγλιος a ῥίγλα derivatur ut a κούμουλος κουμούλιος. LAMB.

p. 45 v. 9. ἐχρημάτιζεν] χρηματίζειν hic significat *esse*, ut supra p. 6 v. 19. de horologio autem in arcu orientali fori posito, cuius hic mentio fit, pluribus agitur p. 65 v. 16. LAMB.

p. 45 v. 12. Ἡρακλῆς ἀνακείμενος] credo hic significari Herculis cubantis simulacrum, quod prius Romae collocatum erat in XIV regione, et postea Cpolim deductum atque in Hippodromo positum fuit, ut supra testatur Codinus p. 39 v. 19. quale autem fuerit hoc simulacrum, accuratissime describit Nicetas Choniates p. 859 ed. Bonn. LAMB.

p. 45 v. 13. ἔνθα καὶ ποταμὸς καὶ ἀπὸ Λύκου λατρευόμενος] haec est lectio codicis Vaticani, quae si genuina est, legendum videtur ἔνθα καὶ ποταμὸς ὁ ἀπὸ Λύκου προσαγορευόμενος, hoc est, *ubi etiam fluvius est qui a lupo nomen habet.* nempe intelligit fluviolum nomine Lycum, Byzantium transeuntem, cuius infra p. 147 v. 7 meminit. eiusdem fluvii mentionem facit Cedrenus, et adversus eius exundationem Apollonium Tyaneum ait quas nescio consecrationes adhibuisse. in cod. Bavar. pro λύκου scriptum fuit λευκοῦ. quodsi haec lectio alteri praeferenda est, scribendum videtur ἔνθα καὶ ποταμὸς ἀπὸ λευκοῦ λίθου δρώμενος, id est, *ibidem visitur fluvius seu simulacrum fluvii ex candido lapide.* ut vero hunc locum

ita reformem, auctor mihi est Manuel Chrysoloras, qui in epistola de comparatione veteris et novae Romae tradit supra caput rivuli (scilicet Lyci), qui Cpolim perlabitur, positam fuisse statuam ex candido lapide, quae cubito videbatur inniti: *καὶ ἄλλον δέ*, inquit, (sc. *ἀνδριάντος*) *ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐκ λευκοῦ λίθου ἢ μαρμάρου, ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ διὰ τῆς πόλεως χειμάρρου, δοκοῦντος εἰς ἀγκῶνα ἀνακεῖσθαι.* hoc ergo illud simulacrum fluvii esse puto quod nunc Codinus his verbis innuit: *ἔνθα καὶ ποταμὸς ἀπὸ λευκοῦ λίθου ὁρώμενος.* Lamb.

p. 46 v. 1. *τὸν καλούμενον Βοῦν*] huius loci ita meminit Ioannes Tzetzes Chil. 9 615: *περὶ βοὸς δὲ ἀγορὰν ἤτοι πρὸς βοῦν τὸν τόπον.* Lamb.

p. 46 v. 10. *τεῖχος* hic non *murum* significat, sed *castellum* seu *locum munitum.* ita Homerus Iliad. δ Thebas vocat *τεῖχος Ἄρειον*, et Herodotus l. 1 Sardes appellat *τὸ τεῖχος τῶν Λυδῶν*, et in oraculo Apollinis Atheniensibus dato *τεῖχος ξύλινον* significat *munimentum ligneum.* saepissime in hac significatione occurrit apud Stephanum Urbibus, ut *νέον τεῖχος, χωλὸν τεῖχος, Ἀβώνου τεῖχος, Ἥραιον τεῖχος, Γορδίου τεῖχος, παλαιὸν τεῖχος, δίδυμον τεῖχος. χάλκεον τεῖχος* exponendum est *castellum aereum.* similiter apud Constantinum Porph. de admin. Imp. c. 22. Lamb.

p. 46 v. 13. *τούτου χάριν λέγεται Ἐξακιόνιον*] ergo secundum hanc etymologiam necessario scribendum est *ἐξωκιόνιον*: attamen in omnibus codicibus *ἐξακιόνιον* scriptum inveni. mihi videtur hunc locum utroque modo nominatum fuisse, *ἐξωκιόνιον* nempe et *ἐξακιόνιον.* huiusmodi diversas nominis unius loci prolationes saepius apud Codinum observavi. sic p. 28 v. 9 unum eundemque locum appellari ait *Αὐγουστεῖον* et *Αὐγουστιῶνα*, et p. 84 v. 16 *φωκόλισθον* et *φουλκόλισθον*, et p. 109 v. 14 *ψαμαθέαν* et *ψευμαθέαν*, et p. 117 v. 9 et 10 *Ἥραιον* et *Ἡρίον*, et p. 120 v. 9 *Μαναύραν* et *Μαγναύραν*, et p. 120 v. 10 *σεῖσμα σῆμα* et *σίγμα*, et p. 77 v. 3 *μεσόμφαλον* et *μεσόλοφον*, p. 127 v. 3 *τὰ Ἥλου* et *τὰ Ἴλλου.* vera autem ratio diversitatis illarum denominationum habetur apud Procopium lib. *de aedificiis*, ubi locum ad Anaplum, qui antiquitus *πρόσχθοι* appellabatur, postea *βρόχοι* nuncupatum fuisse ait, haec subiungens: *διαφθειρούσης τὰ ὀνόματα τῆς τῶν ἐπιχωρίων ἀγνοίας*, hoc est *pristino nomine ignorantia incolarum corrupto.* Lamb.

p. 46 v. 17. Tetrapylum area erat quadrilatera, quattuor porticibus terminata et totidem habens portas, quamobrem Quadrivium quoque seu *τετράβιον* antiquitus nominatum fuit. Lamb.

p. 46 v. 18. *διήρκεσεν*] antiquum Tetrapylum, a Constantino magno exstructum, perduravit usque ad imperium

Zenonis, cuius tempore, ut refert Evagrius 3 28, *Mammianus senator novum exstruxit tetrapylum*, hoc est, ut ego interpretor, antiquum de novo reaedificavit. de hoc Mammiani Tetrapylo puto Codinum loqui p. 50 v. 2: addit enim *καὶ διήρκεσαν μέχρι τοῦ Θεοφίλου*. ergo antiquum Tetrapylum Constantini usque ad Zenonem integrum mansit, secundum autem Mammiani usque ad Theophilum. Lamb.

p. 47 v. 11. *εἰς τὸ Σίγμα*] id est, in porticu semirotunda, quae a similitudine fabricae Sigma nuncupatur. Graeci antiqui sigma pingebant ut *C* Romanum. Lamb.

p. 47 v. 22. *τὴν μυρίανδρον πόρτην*] porta olim nuncupata *μυρίανδρος* seu *πολύανδρος* hodie vocatur Hadrianopolitana, et medium in muro terrestri locum occupat, ut refert omnium accuratissimus doctissimusque historiae Turcicae scriptor Io. Leunclavius. in hac porta periit oppressus hominum turba Constantinus ultimus Graecorum imperator. Lamb.

p. 48 v. 3. *Βιγλίου*] ut *βήγλην* Graeci recentiores vocant vigiliam, ita etiam Vigilium *Βίγλιον* et Vigilantiam *Βιγλεντίαν*. Lamb.

p. 48 v. 3. *τῆς γυναικείας*] quin fuerit haec muliebris statua simulacrum Cpoleos, dubium non est: sed quomodo dicatur *τὸν στέφανον κατασχεῖν*, aliquid habet dubitationis. an dextra extenta videbatur coronam porrigere, qualis visitur antiquae Romae in nummo Claudii? an sedens dextro brachio inflexo tenebat manu coronam genu sustentatam, ut cernitur in horto Caesiorum Roma de Dacia provincia subacta triumphans? an habebat in capite coronam galeae circumvolutam, ut spectatur in nummo Constantini magni? Lamb.

p. 48 v. 7 sq. *τὸ καλούμενον Στρατήγιον — ἱσταμένη*] hic locus ita transformandus est: *ἡ εἰς τὸ καλούμενον Στρατήγιον στήλη, ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι ἱσταμένη, ἐστὶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος*. Strategium Cpoli forum erat, in quo antiquitus militum duces creari solebant, ut testatur Hesychius. *ἐν στρατηγίῳ*, inquit, *λεγομένῳ φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες ἄνδρες τὰς τιμὰς ὑπεδέχοντο*. ibidem milites exercebantur, quod locus esset campestris seu planus, ut refert Codinus paulo infra. videtur ergo Strategium hoc Cpolitanum campo Martio Romae antiquae tam usu quam situ simile fuisse. Socrates hist. Eccl. 1 14 memorat Constantini magni statuam equestrem ibi stetisse: hanc ego eandem esse puto quam Codinus ait fuisse Alexandri magni et a Constantino Chrysopoli deductam atque erectam fuisse. similiter Constantinus Apollinis Heliopolitani statuam pro sua columnae porphyreticae fori imposuit. illa autem verba, *ἡ ἱσταμένη ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι*, propterea addidit Codinus ut distingueret hanc Alexandri seu Constantini magni statuam ab alia quadam Leonis Macelli statua,

quam paulo post dicit in eodem foro collocatam fuisse et nominatam *ὁ μικρὸς στρατήγιος*. caeterum Codini verba, *τὸ καλούμενον στρατήγιον στήλη ἐστὶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ ἱσταμένη*, praeterquam ut supra emendavi, etiam hoc modo corrigi possunt: *τὸ καλούμενον στρατήγιον, ἡ στήλη ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι ἱσταμένη, ἐστὶν Ἀλεξάνδρου.* familiaris admodum est Codino hic loquendi modus. sic passim *τὸ Αὐγουστεῖον, τὸ φιλαδέλφιον, τὰ πιττάκια, ὁ βοῦς*, pro statuis et pro locis in quibus illae positae sunt, promiscue accipiuntur. quare ferri quidem posterior haec emendatio potest, sed prior praeferenda est. LAMB.

p. 48 v. 10. *ῥόγα* Graecis recentioribus dicitur *stipendium* et *donativum*. inde *ῥογεύειν*, quod est *erogare*. LAMB.

p. 49 v. 10. *Βιγλεντίας*] loquitur de Vigilantia sorore Iustiniani imperatoris, matre Iustini secundi. LAMB.

p. 49 v. 11. *γράμματα τῶν μελλόντων*] intelligendae sunt procul dubio inscriptiones basibus statuarum insculptae. LAMB.

p. 49 v. 15. *φέρουσα — τῇ χειρὶ*] antiquus mos est, hodieque observatur, ut novis aedificiis exstruendis primus manum admoveat cuius auctoritas structurae praeest. Sueton. in Vespasiano *ipse* inquit *restitutionem Capitolii aggressus ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quaedam extulit.* idem in Nerone: *in Achaia Isthmum perfodere aggressus primus rastello humum effodit et corbula congestam humeris extulit.* in antiquis actis Latinis S. Silvestri papae I simile quid narratur de Constantino magno basilicas Vaticanam et Lateranensem erigente: *exuens se chlamyde et accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamentum basilicae construendum. dehinc in numerum duodecim apostolorum duodecim cophinos plenos suis humeris suppositos baiulavit. altera vero die similiter intra palatium suum Lateranense basilicae fabricam coepit.* in actis Graecis de Lateranensis basilicae erectione prolixius agitur his verbis: *ἵνα δὲ πᾶσι καταφανὲς γένηται ἐξ ὅλης ψυχῆς αὐτὸν πεπιστευκέναι, ἐν τῷ παλατίῳ αὐτοῦ ἐν τῷ λεγομένῳ Λατερνησίῳ λαβὼν δίκελλαν οἰκείαις χερσὶν αὐτὸς πρῶτος ἤρξατο ὀρύσσειν, καὶ διαγραφὴν ποιησάμενος προσέταξεν ἐκκλησίαν οἰκοδομηθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* quod igitur de Vespasiano et Nerone Suetonius et de Constantino Acta S. Silvestri referunt, idem procul dubio fecit Eleutherius, quem portus ab ipso denominati structurae Constantinus magnus praefecerat. ut autem se hoc fecisse testaretur, statuam suam ibi erexit, quae dextra ligonem et sinistro humero scapulari tecto gestabat cophinum. haec illa est quam et hoc loco describit Codinus et in libro *de aedificiis* p. 104 v. 4. *σκαπούλιον* vero Codinus vocat tegu-

mentum coriaceum, quo plerumque baiuli contra gravitatem oneris humerum solent munire. Lamb.

p. 49 v. 19. τὸ δὲ σταυρίον] errant qui haec verba ita interpretantur ac si pro τὸ σταυρίον legatur τὸν ταῦρον. loquitur enim hic Codinus de celeberrima illa cruce, quam Constantinus magnus ad similitudinem illius quam in caelo viderat, supra columnam ad septentrionalem partem sui fori erexit. passim eius mentio fit apud scriptores historiae CP. sed vide inprimis Codinum p. 28 v. 19 sqq. et p. 68 v. 8 sqq. Lamb.

p. 49 v. 20. τῇ αὐλῇ τῇ λιθοστρώτῳ] forum Constantini magni scriptores saepius per excellentiam vocant τὸν φόρον vel τὸν μέγαν φόρον. alias appellant τὸν πλακωτὸν φόρον, quod planis et latis lapidibus stratum esset; vel, ut hoc loco Codinus, nuncupant τὴν αὐλὴν τὴν λιθόστρωτον, id est *aulam lapidibus stratam*. Lamb.

p. 50 v. 2. τὰ τέσσαρα μέρη vocat quattuor factiones Circi, nempe Prasinam et Russatam, Venetam et Albatam, quarum duae priores duabus posterioribus erant contrariae. sic quattuor quidem erant diversi colores Circensium aurigarum, sed duae tantum factiones, quae sibi invicem repugnabant, quia Prasina et Russata, et contra Veneta et Albata pro una et eadem accipiebantur. secundum hanc factionum Circensium distinctionem populus quoque Cpolitanus in duas divisus erat partes, quarum una Prasino colori altera Veneto favebat. Procopius Pers. 1 οἱ δῆμοι, inquit, ἐν τῇ πόλει ἔς τε Βενέτους ἐκ παλαιοῦ καὶ Πρασίνους διῄρηντο. idem in hist. arcana has duas populi factiones μοίρας vocat: τοῦ δὲ δήμου, inquit, ἐκ παλαιοῦ ἐς μοίρας δύο διεστηκότος μίαν αὐτὸς τὴν Βένετον ἑταιρισάμενος. Codinus eas appellat τοὺς δύο δήμους et τὰ δύο δημοτικὰ μέρη et τὰ δύο μέρη τοῦ δήμου. Lamb.

p. 50 v. 5. σωματοπρᾶται sunt mangones, qui τὰ δουλικὰ σώματα, hoc est *mancipia*, venditant. alias vocantur ἀνδραποδοκάπηλοι, quasi μεταβολεῖς τῶν ἀνδραπόδων. Strabo eos appellat σωματεμπόρους. notandum etiam quod Codinus mancipia nuncupat πρόσωπα οἰκετικά. Lamb.

p. 50 v. 7. ξενὼν significat *hospitale* seu domum excipiendis peregrinis destinatam, qualem, ut hic Codinus refert, Theophilus imperator exstruxit in regione urbis nuncupata *Zeugmate*, loco lupanaris publici, quod ibi a Constantino magno fuerat constitutum. meminit eius rei Cedrenus t. 2 p. 107 24 Bonn. Lamb.

p. 50 v. 9. ἀνήγειρεν αὐτὸ εἰς πορνεῖον] his statim subiungenda esse videntur illa verba quae paulo inferius leguntur, ἔξωθεν δὲ τοῦ αὐτοῦ οἴκου οὐχ εὑρίσκετο ἕτερον πορνεῖον. Lamb.

p. 50 v. 12. pro ἐπὶ τοὺς κίονας legendum videtur ἐπὶ τὸν κίονα, id est *apud ante memoratam columnam Veneris.* ἀπόχωροι seu ἀποχωρήματα significant hic *secessus* vel *loca secreta et a turba separata.* Suetonius simili de re loquens *distinctas cellas* vocat: *lupanar,* inquit, *in palatio constituit distinctisque et instructis compluribus cellis.* διάχωροι aeque probari potest: διάχωροι enim dicuntur *intervalla* seu *spatia intersepta.* pro κουρτίνων perperam scriptum fuit κουρίων et κουρτίων. unde patet nihili esse vocabulum κουρτίον, quod unica huius mendi auctoritate nixus Meursius Glossario suo Graeco-barbaro inseruit. κουρτίνας autem vel κορτίνας Graeci recentiores vocant *vela,* quibus aliquid obtegitur. Martyrologium in pass. S. Irenes: καὶ οὕτω κρυπτόμενος ὑπὸ κορτίνας διδασκέτω γράμματα τὴν θυγατέρα ἡμῶν. ita etiam hoc loco Codinus κορτίνας appellat *vela,* quibus cellae meretricum circumdatae erant. apud Italos Gallos et Germanos hodie vulgo nuncupantur *cortinae* vela lanea vel linea vel bombycina, quibus lecti circumcluduntur tam ad curiosos oculos quam culices arcendos. quo facilius autem eiusmodi cortinae adducantur vel diducantur, solent plerumque circellis vel annulis aereis suspendi. eidem quoque usui servisse puto istos circellos, quos cum cortinis meretricum latibula ambiisse Codinus hoc loco refert. caeterum κρικέλλος transpositione litterarum pro κιρκέλλος dictum est, ut κρίκος pro κίρκος, hoc est *circus.* in actis Graecis S. Silvestri PP. I ineditis observavi κρικέλλους vocari *annulos aereos,* in quos catena intromittitur ad obserandum ostium. verba ipsa haec sunt: καὶ εὑρήσεις τὸ σπήλαιον κατέναντι, ἔνθα ὁ δράκων κοιτάζεται, ἐν ᾧ εἰσὶ πύλαι χαλκαῖ ἔχουσαι κρικέλλους. μετὰ γοῦν τὸ κατελθεῖν σε ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑλκύσεις πρὸς ἑαυτὸν τὰς πύλας, καὶ ἐν τοῖς κρικέλλοις αὐτῶν εἰσαγάγῃς τὴν ἅλυσιν τῆς κατήνας, καὶ κλείσας ἱερεῖς etc. LAMB.

p. 51 v. 11. βασιλικοὺς δρόμωνας videtur vocare *naves expediti cursus,* quibus imperator utebatur, cum mari iter faceret. in cod. Vat. scriptum inveni δρομάσιν: δρομάδες autem sunt quas Sidonius *cursorias* appellat. LAMB.

p. 51 v. 14. scribendum Γαλλιηνοῦ: loquitur de Gallieno imperatore Valeriani filio. LAMB.

p. 52 v. 5. νεώριον, quemadmodum Latinorum *navale,* et *portum* significat et locum ubi naves fabricantur. sic Cpoli duo fuere loca nominata νεώρια, quorum unus erat portus manufactus, quem antiqua urbis descriptio *Neorium portum* vocat et fuisse tradit in regione sexta: alter fabricandis navibus destinatus erat, quem antiqua urbis descriptio *Navalia* appellat et in decima tertia regione fuisse refert. hoc loco Codinus de Neorio portu loquitur, quem ait factum fuisse a

Constantino magno. idem testatur anonymus in Collectaneis. in aliquot codicibus pro ὁ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας legitur ὁ Κώνων vel ὁ Κώνστανς, et ἐτοιχειώσατο pro ἐστοιχειώσατο, et Ἰουστίνου pro Ἰουστινιανοῦ, et ἐμποριῶν pro ἐμπόριον. Lamb.

p. 52 v. 9. ὡς ὁρᾶται] nempe ex inscriptione. Lamb.

p. 52 v. 12 sq. ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἀσπάρου — ὁ παρακοιμώμενος] idem p. 67 v. 18 iisdem verbis repetit, praeterquam quod pro Ἀσπάρου legitur Ἄσπαρος. utrumque enim dicitur, Ἄσπαρ Ἄσπαρος et Ἄσπαρος Ἀσπάρου, ut Ἀρδάβουρ Ἀρδάβουρος et Ἀρδαβούριος Ἀρδαβουρίου. Basilius vero, quem Codinus ait Asparis habitasse domum, accubitor fuit vel cubicularius Constantini Porphyrogeniti secundum imperantis. meminit eius Zonaras, et ipse Constantinus de administ. Imp. c. 50 et 43, ubi, item ut Codinus, refert domum, quae olim Aspari seu Asparis fuerat, Basilium accubitorem tunc temporis possedisse. eo enim loco legendum est ὁ τοῦ Ἀσπάρου, non ut vulgo perperam legitur, ὁ τοῦ βαρβάρου. similiter quinquies in eodem capite vitiose editum est τὸν τοῦ βαρβάρου οἶκον pro τὸν τοῦ Ἀσπάρου οἶκον. Lamb.

p. 53 v. 3. κάθισμα βασιλικόν hic significat *tribunal imperatoris* in Hippodromo, ubi sedebat cum ludos spectaret Circenses. in Chronico Alexandrino aliquoties vocatur τὸ δεσποτικὸν κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ. in anonymi Collectaneis nuncupatur ἡ βασιλικὴ καθέδρα. Codinus aliquoties appellat τὸ βασιλικὸν στάμα. Lamb.

p. 54 v. 1. τῶν δευτέρων αὐτοῦ πράξεων] hoc est, rerum quas gessit post recuperatum imperium. Lamb.

p. 54 v. 15. αἱ ἱστορίαι τοῦ μονολίθου] vide supra p. 48 v. 17. Lamb.

p. 55 v. 2. ἀγάλματα ἐστοιχειώσατο] sensus est Apollonium Tyaneum plurimas per urbem statuas consecratas erexisse ad eius conservationem. στοιχειοῦν hoc loco significat *consecrare* vel mystica quadam arte concinnare seu conficere. Olympiodorus de re simili loquens vocat ἀφιεροῦν et τελεῖν: Οὐαλέριος δέ, inquit, παρὰ τόπον παραγενόμενος μανθάνει παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἱερὸν τὸν τόπον εἶναι καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσθαι. et paulo post: καὶ ἐῴκει, ait, ὁ τῶν ἀνδριάντων ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τελεῖσθαι βαρβάρου. ita Codinus p. 35 v. 6 *catenam*, in qua credebatur fatum seu fortuna urbis consistere, ἐστοιχειωμένην appellat, quasi τετελεσμένην seu ἀφιερωθεῖσαν. et Nicetas Choniates eiusmodi statuas et imagines consecratas, quales hic Codinus ait Apollonium Tyaneum erexisse, στοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια nuncupat. appellantur etiam στοιχειωματικοί qui huius generis magice consecrata simulacra componunt. Lamb.

p. 55 v. 12. ἴνδικτος et ἰνδικτιών Graecis recentioribus ἐπινέμησιν seu *indictionem* significant. quae vero hic Codinus refert de indictionum principio, confirmat Ioannes Lydus libro *de mensibus* p. 122.* sed nota indictionem seu ἐπινέμησιν, quae apud scriptores Graecos in usu est et cognominatur Caesarea, incepisse post Christum natum anno 312, die 24 Septembris, quo Constantinus magnus Maxentium devicit et statim post victoriam Christianis libertatem indixit. altera, quae Romana vocatur et Latinis scriptoribus usitata est, a calendis Ianuariis sequentibus incepit. LAMB.

p. 55 v. 14. Ἀππιανὸς Δίων τε] ita restituendum duxi, cum perperam in codicibus scriptis legeretur Οὐεσπασιανὸς δι' ὧν τε. vide Appianum Alexandrinum l. 1 *de bellis civilibus* et Dionem l. 41, ubi prolixe narratur quam ob causam C. Iulius Caesar Dyrrachio Brundisium solus et incognitus navigare conatus fuerit, et quomodo tempestate adversa debilitatos nautarum animos sui detectione ad spem erexerit. LAMB.

p. 55 v. 15 sq. ἀπὸ Νικοπόλεως εἰς τὸ Δυρράχιον] hoc falsum est. corrige igitur Codinum ex Appiani et Dionis locis, quos ipse citavit, et scribe ἀπὸ Δυρραχίου εἰς τὸ Βρεντέσιον. nempe Caesar ex castris, quae apud Dyrrachium posuerat, conabatur navigare Brundisium, ad transvehendos milites quos ibi cum Antonio reliquerat. LAMB.

p. 55 v. 21 sq. γαλήνην γενέσθαι καὶ διασωθῆναι] haec ita narrat Codinus quasi sedata tempestate Caesari navigatio illa deinceps feliciter successerit: sed neque hoc verum est. nam nec saevitia tempestatis se remisit, nec navis remorum vi ulterius promoveri potuit; quare adversa puppi Caesar ad castra sua coactus fuit reverti. LAMB.

p. 56 v. 4. στοιχεῖα hic significant *simulacra* et *statuas*. supra p. 53 v. 10 et p. 54 v. 12 ea vocavit στήλας, θεάματα et ἀγάλματα τοῦ ἱππικοῦ. LAMB.

p. 56 v. 5. Περιχύτην] anonymus in Collectaneis tradit hanc fuisse statuam virilem, capite galeato et toto corpore ignudo, exceptis pudendis. si ergo pro περιχύτης legeretur περίχυτος, verisimile esset propterea hanc statuam ita denominatam fuisse, quod media velamento esset circumdata vel circumcincta. LAMB.

p. 56 v. 7—9. ὄνοι προτιμηθήσονται τῶν ἀνθρώπων ἐν ταλαιπωρίαις ὀπίσω ἀκολουθούντων] quid Cranus philosophus his verbis significare voluerit, explicat Ioannes Tzetzes his versibus:

ὄνος δὲ χαλκοῦς ἱππικοῦ πινύσκεται
ἔμπροσθεν ἑστώς, ἐκ δὲ τῶν ὀπισθίων
ἄνθρωπος οἰκτρός, ζωγραφῶν τὸν νῦν βίον,

ὡς εἶπε τὸ πρὶν Ἀττικὸς σοφὸς Κράνος.
ἔφασε καὶ γὰρ τῷ κρατοῦντι τῷ τότε
φεῦ συμφορᾶς, ἄνθρωπος ἥττων ὢν ὄνου.
ἔσται χρόνος γὰρ τοῖς μεθύστερον χρόνοις
ὅταν ὀνώδεις δυσγενεῖς καὶ καυλίαι
καὶ πᾶς ἄμουσος εἰσρυεὶς κτηνωδίαν
κρείττων νομισθῇ τῶν σοφῶν καὶ κοσμίων. LAMB.

p. 56 v. 14. *τῶν Ὀλυμπίων*] Olympia hic pro ludis Circensibus accipiuntur. LAMB.

p. 56 v. 15. *τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων*] per reginam urbium intelligit Cpolim. *τὸ στοιχεῖον τῆς τύχης* puto hic significare *simulacrum Fortunae urbis*, cuius passim apud Codinum mentio fit. LAMB.

p. 57 v. 7. *ἵνα τί ἡ πόλις*] tanta Cpolitanorum animos occupaverat ignorantia et superstitio, ut quascunque antiquas statuas pro magice consecratis haberent, earumque virtute crederent urbem suam conservari incolumem. huc igitur pertinent illa verba: *ἵνα τί ἡ πόλις διὰ τούτων δοκεῖ συνίστασθαι.* caeterum quae hic apud Codinum vocantur *στοιχεῖα*, Nicetas Choniates appellat *στοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια*, id est *consecrata urbis munimenta* seu *statuas urbis conservatrices.* idem refert Latinos, postquam Cpolim expugnaverunt, inprimis evertisse celebres istas statuas consecratas, quae contra hostes vel aperta vi vel insidiis urbem oppugnantes instar muri ac valli erectae erant. LAMB.

p. 57 v. 9. *Ἀσκληπιόδωρος*] utraque tam Regii quam Vaticani codicis lectio vitiosa est. scribendum enim *Ἀσκληπιόδοτος.* hic est Asclepiodotus philosophus et medicus, qui Procli discipulus fuit et temporibus Anastasii Dicori imperatoris claruit. prolixe de eo agitur apud Photium in Excerptis ex Damascio de vita Isidori, et apud Suidam v. *Ἀσκληπιόδοτος* et *δεισιδαιμονία.* caeterum quam fuerit Proclo carus et amicus, testatur ipse Proclus in prooemio commentarii inediti in Platonis Parmenidem, quem ei dedicat his verbis: *σὺ δέ*, inquit, *ὦ φιλοσοφίας ἐπάξιον ἔχων τὸν νοῦν καὶ ἐμοὶ φίλων φίλτατε Ἀσκληπιόδοτε, δέχου τὰ δῶρα τοῦ ἀνδρὸς τέλεα τελέως ἐν γνησιωτάτοις κόλποις τῆς ψυχῆς.* exstat hodieque in bibliotheca Medicea eiusdem Asclepiodoti liber de re militari, cui titulus est *Ἀσκληπιοδότου φιλοσόφου τέχνη τακτική.* divisus est in 12 capita, et incipit hoc modo: *τῆς τελείας παρασκευῆς πρὸς πόλεμον διττῆς οὔσης, χερσαίας τε καὶ ναυτικῆς, περὶ τῆς χερσαίας τὰ νῦν λεκτέον.* finis autem hic est: *αὗται διὰ βραχέων αἱ τοῦ τακτικοῦ καθηγήσεις, τοῖς μὲν χρωμένοις σωτηρίαν πορίζουσαι, τοῖς δὲ ἐναντίοις κινδύνους ἐπάγουσαι.* LAMB.

p. 57 v. 16. *Θησαυρὸς θεός*] Thesaurum deum eundem esse puto atque Mercurium, nempe divitiarum praesidem. LAMB.

p. 58 v. 16. pro *Φιλοδώρου* non dubito quin legendum sit *Φιλοχόρου*. nempe hic Philochorus Atheniensis est, antiquus ille et celebris historicus, qui ab Athenaeo Plutarcho Harpocratione Eusebio et aliis passim citatur. quo autem tempore vixerit et quae scripserit, plenissime refert Suidas. caeterum huic Codini loco debetur, quod scimus ipsum fuisse unum ex decemviris Atheniensium nuncupatis *λογισταῖς*, quibus omnes magistratu functi rationes reddebant administrationis rei publicae. de hisce logistis seu rationum magistris vide Harpocrationem et Aristotelem Polit. 6 8, et Aeschinem in oratione contra Demosthenem et Ctesiphontem. Latinis dicuntur curatores rei publicae, ut l. curator. C. de modo multar. curator rei publicae, qui Graeco vocabulo *logista* nuncupatur, multandi ius non habet. Lamb.

p. 58 v. 18. *Δαναεία*] vera lectio est *Δαναεία*. dicit Codinus Iconium alias quoque appellatum fuisse *πόλιν Δαναείαν*, nempe, ut opinor, a Perseo Danaes filio, sive quod ab eo, quemadmodum aliqui tradunt, haec urbs condita sit, sive quod ibi Andromedam dracone occiso a morte liberaverit. similiter ipsum Perseum Ovidius Graecorum imitatione vocat heroem Danaeium. Lamb.

p. 59 v. 1 sq. *ἐν τῷ μεγάλῳ λουτρῷ τοῦ Κωνσταντίνου*] in anonymi Collectan. legitur *ἐν τῷ Κωνσταντιαναῖς λουτρῷ*. pro *Κωνσταντίνου* igitur scribendum videtur *Κωνσταντίου*. de thermis Constantianis saepe fit mentio apud scriptores historiae CP, et apud ipsum Codinum p. 93 v. 14. Suidas refert Helladium Alexandrinum grammaticum, qui tempore Theodosii iunioris vixit, scripsisse *ἔκφρασιν τοῦ λουτροῦ Κωνσταντιανῶν* seu *descriptionem thermarum Constantianarum*. Lamb.

p. 59 v. 9. *Σάββα*] hic est S. Sabba abbas, qui in Palaestina miro sanctitatis exemplo refulsit, et bis a patriarchis Hierosolymitanis ad Anastasium et Iustinianum imperatores Cpolim legatus est, ubi pro fide catholica adversus impugnantes sanctam synodum Chalcedonensem strenue laboravit. plura vide de eo in Menologiis Graecorum die 5 Decembris. Lamb.

p. 59 v. 14. *διφρηλάτης*] loquitur de statua quadrigaria Constantini magni, quae instar solis capite radiato efficta erat, et dextra gestabat Victoriolam, quae pro Fortuna urbis colebatur. iusserat autem Constantinus ut quotannis haec eius statua natali urbis die a civibus et exercitu in Hippodromum ad tribunal imperatorium deduceretur atque solenni et statuto honore afficeretur, uti etiam factum est usque ad imperium Theodosii magni. de hac Constantini magni statua et solenni eius deductione in Hippodromum mentionem facit Hesychius. item Codinus p. 17 v. 16 et p. 40 v. 6. Lamb.

p. 59 v. 17. *μετὰ κηρῶν*] prorsus ut in Chronico Alexandrino, *πάντων κατεχόντων κηροὺς λευκούς*. utrobique *κηροί* significant *cereos*. item in Actis S. Silvestri ineditis Constantinus magnus post publicatam libertatem religionis Christianae ad palatium suum dicitur revertisse *μετὰ κηρῶν καὶ λαμπάδων τῇδε κἀκεῖσε ἀναπτομένων*. Lamb.

p. 60 v. 1. *ὀψικεύοντες*] *comitantes*. supra p. 40 v. 7 de eadem re loquens vocat *δορυφορεῖν*, quod hic *ὀψικεύειν*: *δορυφορούμενον*, inquit, *εἰσῄει εἰς τὸ στάμα*. proprie Graecis recentioribus *ὀψικεύω* dicitur idem atque Latinis *obsequor*; item *ὀψίκιον* idem atque *obsequium*, quod etiam accipitur pro *comitatu* et *famulitio*. Lamb.

p. 60 v. 1 sq. *ἕως τοῦ στάματος ἀπὸ τῶν καγκέλλων*] ita p. 80 v. 17. Lamb.

p. 60 v. 6. *λιμένι τοῦ Νεωρίου*] sic etiam antiqua regionum descriptio Portum Neorium appellat. bos vero, quem Codinus ibi collocatum fuisse ait, ad exemplum alterius factus erat, qui stabat in foro vocato Tauri, ut ipse testatur p. 46 v. 5. Lamb.

p. 60 v. 10. *Μαυρικίου στήλη*] tradunt scriptores historiae Cpolitanae Mauricium, postquam milites a chagano captos per avaritiam suam occidi permiserat, quadam nocte somniasse se ab imagine Christi supra portam aeream palatii collocata, cum tota sua familia, Phocae interimendum tradi. credo igitur, ad perpetuam istius somnii memoriam, Mauricium, apud illam imaginem Christi, suam et uxoris liberorumque statuas, instar supplicantium manibus extensis, erexisse. caeterum pro *ἐν τῇ χαλκῇ ἄνωθεν τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος* legendum censeo *ἄνωθεν τῆς χαλκῆς πλησίον τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος*. ita Zonaras: *τὸ δὲ ὄναρ ἐδόκει παρεστάναι πολὺ τῷ ἄνωθεν τῆς χαλκῆς πύλης τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐκτυπώματι*. vel vox *ἄνωθεν* adverbialiter accipienda est, ut idem valeat *ἐν τῇ χαλκῇ ἄνωθεν*, atque *ἄνωθεν τῆς χαλκῆς*. ita alias pro *κάτωθεν τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Μωκίου*, dicit *ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου κάτωθεν*. Lamb.

p. 60 v. 13 sq. *αἱ δὲ λοιπαὶ — ὁ Λιγύριος*] ut sensus sit integer, legendum esse videtur *φιλοσόφων δέ*, vel *φιλοσόφου δέ φασιν εἶναι τὴν μίαν*, ὡς. nomen Ligurii hic corruptum esse puto. in codice Vat. legitur *αἱ δὲ λοιπαὶ δύο στῆλαι αἱ ἐκτεταμέναις ταῖς χερσὶ ἐκ τῆς Θηβαίων γῆς ἥκασι. φιλόσοφος δέ φησιν ὁ λγύριος Ἑλληνικός*. ad anonymi Collectanea notavi pro *παρὰ Λιγουρίου* scribendum esse *παρὰ Ὀλυβρίου*. quare etiam hoc loco forte quis legendum coniectaret *Ὀλύβριος ὁ Ἑλληνικός*. sed aeque mihi Olybrius quam Ligurius ignotus est. Lamb.

p. 60 v. 14 sq. *μετὰ τὸ σφαγῆναι*] Vaticanae praeferenda esse videtur prior lectio: haec enim, ut opinor, est illa Persarum irruptio, cuius in vita Phocae tyranni meminit Zonaras. LAMB.

p. 60 v. 19. *ῥηγίων* et *ῥεγεών* Graecis recentioribus dicitur *regio*, ut *indictio* *ἰνδικτιών*, *actio* *ἀκτιών*, *alluvio* *ἀλλουβιών*. in alio codice legitur *τοῦτο δὲ ἦν ἐν τῇ τῶν Περσῶν ῥήγιον τοὔνομα*. ubi locum aliquem peculiarem potius quam regionem significare videtur. LAMB.

p. 61 v. 7. *τοὺς αἱρέσεως αὐτῶν τόμους κατῄσχυνεν*] cum temporibus Marciani imperatoris Eutychiani, quamvis a Chalcedonensi concilio damnati, nondum tamen quiescerent, sed auctoritatem concilii magis potentia imperatoris quam veritate fidei niti dicerent, convenit tandem inter eos atque catholicos ut utriusque partis dogmata in singulari volumine scripta et consignata simul ambo pectori S. Euphemiae martyris imponerentur et miraculosa eius diiudicatione controversia religionis finem caperet. scriptis igitur ex pacto voluminibus et pectori S. Euphemiae impositis, post triduum ipso imperatore praesente utrique ad loculum accesserunt, eoque aperto libellus Eutychianorum ad pedes martyris inventus est, catholicorum autem in manu dextra, quem porrexisse fertur imperatori et patriarchae. ad hanc historiam Codinus respiciens ait Acatum Eutychianum a reliquiis S. Euphemiae ultum ire decrevisse suae sectae scriptis illatum dedecus. *τόμοι* igitur hic significant *chartas*, in quibus Eutychianorum dogmata inscripta erant. ita Zonaras. LAMB.

p. 61 v. 15. *ἐν δὲ τῷ ναῷ*] in cod. Vat. praecedentibus haec annexa sunt, et ita concepta: *τότε* (sc. sub Leone Isauro) *καὶ τὸ λεγόμενον Τρίζωδον τὸ εἰς τὰ κοῦφα κάτωθεν τοῦ ἁγίου Μωκίου ὑπάρχον ἐπῄρθη*. *κοῦφα* interpretor *concava, subterranea*. pro *τρίζωδον* in aliquot codd. legitur *τριέξοδον*. *τριέξοδον* autem vel *τριέξοδος* videtur significare locum unde triplex patet exitus. compositum est ut *τρίοδος*, *τρίχωρον*, *τρίκλινος*, *τρίεμβολον*, etc. confirmat hanc lectionem quod Codinus addit, in eo loco paganos olim magicas suas superstitiones exercere consuevisse. trinarius enim numerus caeremoniis magicis accommodatus censebatur. hinc illa poetae: *terna tibi haec primum triplici diversa colore licia circumdo, terque haec altaria circum effigiem duco: numero deus impare gaudet.* et ista: *necte tribus nodis ternos Amarylli colores.* eandemque ob causam sacra Hecatae nocturna in triviis frequentabantur. dico igitur verisimile esse illam quoque magorum speluncam subterraneam, de qua hic Codinus loquitur, instar trivii seu *τριόδου* constructam fuisse et propterea nuncupatam *τριέξοδον*. sed si pro *τριέξοδον* legendum est *τρίζωδον*, videtur *τρίζωδον* signi-

ficare *statuam triformem;* cuiusmodi fuit illud τρίλιθον ἢ τρικέφαλον ζώδιον πορφυροειδές, cuius meminit anonymus auctor in Collectaneis Antiq. CP. ζώδια enim Codinus passim vocat statuas et quascunque alias figuras. LAMB.

p. 61 v. 18. καὶ τύμβοι δὲ] cod. Vat. ἔνθα καὶ τύμβοι Ἑλλήνων καὶ Ἀρειανῶν ὑπάρχουσι κεχωσμένοι, καὶ ἄλλα εἰς πλῆθος σκηνώματα. in aliis aliquot codd. pro τύμβοι perperam legitur τρίμβολοι et τύμβολοι. posteriori autem hoc mendo deceptus Meursius novum finxit vocabulum τύμβολος, quod nec apud Graecos nec apud Graeco-barbaros scriptores reperitur. LAMB.

p. 62 v. 7. οὐκ ἐβλάβη] quod Codinus refert, statuam muliebrem bicipitem, sitam in porta septentrionali castri Panormi, cunctis circum flagrantibus illaesam mansisse, rarum quidem est, sed non novum. duo eius rei exempla exstant apud Tac. Annal. 4: *adduntur,* inquit, *sententiae, ut mons Caelius imposterum Augustus appellaretur, quando cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies, sita in domo Iunii senatoris, inviolata mansisset.* et statim subiungit: *evenisse id olim Claudiae Quintae, eiusque statuam vim ignium bis elapsam maiores apud aedem matris deum consecravisse.* LAMB.

p. 63 v. 2. Ἡρόδοτος καὶ Ἱππόλυτος] de Herodoto chronographo, quis sit, non mihi constat. Hippolyti vero, nempe Thebani, meminit Niceph. Callist. hist. Eccles. l. 2. fragmentum ex eius opere chronico decerptum exstat t. 3 Antiq. Lect. Canisii. sed pro Ἡρόδοτος legendum est Ἡρωδίων: nam Herodionem coaetaneum auctorem citat anonymus in Collect. de Antiq. Constantinop. n. 202. LAMB.

p. 63 v. 7. τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξιωθέντος τιμῆς] testantur nummi antiqui, in quibus legitur IUL. CRISPUS NOB. CAE. item Romuald. in Chron. *inter haec,* inquit, *latent causae cur iudicem gladium et destinatam in impios functionem Constantinus imperator in proprios egit effectus. nam Crispum filium suum interfecit, et Licinium filium sororis, postquam Caesares sunt creati, occidi iussit.* LAMB.

p. 64 v. 3. οἱ ἡνίοχοι ζευξίππων] credo fuisse statuas aurigarum Circensium, qui curru excussi perierant: paulo postea enim subiungit αἱ δὲ καρροῦχαι τῶν ἀναιρεθέντων ἡνιόχων. caeterum ἡνιόχους ζευξίππων vel, ut legitur in anonymi Collect., ἡνιόχους ἐν ζευξίπποις interpretor *aurigas agitantes ζεῦγος,* id est *bigas* seu *equos biiuges.* ζεύξιπποι autem hic dicuntur quos Graeci alias ἵππους ζυγίους seu ἐζευγμένους, Latini vero *equos iugales* nuncupant. huiusmodi duobus equis iugalibus seu iugo iunctis constabat *biga.* verum *quadriga* 4 quidem iunctis equis constabat, sed non iugalibus: nam medii tantum duo ζεύξιπποι erant seu *iugales,* reliqui duo πάρειπποι

erant seu *ad latera iugalium utrinque funibus alligati;* quamobrem Latinis *funales* et *funarii*, Graecis παράοροι et παράσειροι vocantur. Lamb.

p. 64 v. 5. σκυτάλαις ἀποκεφαλίζεσθαι, hoc est, *scuticis sive loris caedi usque ad necem.* Hist. Miscellae auctor l. 22 vertit, *flagris occidi.* Lamb.

p. 65 v. 4. ἡ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς] Auges sacerdotis Minervae statuam, quae in thermis Zeuxippi posita erat, memorat Christodorus poeta Anthol. l. 5. Lamb.

p. 65 v. 16. sensus est, partem fori Constantini nuncupatam *Horreum*, inde nomen habuisse quod antiquitus ibi fuisset horreum, cuius loco postea columnae erectae sunt et arcus orientalis fori, alias dictus *Amastriani*, supra quem horologium aereum Cyzico allatum et exemplar aereum modii cumulati, a Valentiniano instituti, et duae manus aereae hastis infixae, et ipsius Valentiniani imperatoris statua, et simulacrum aereum Fortunae urbis collocata erant. ab aereo autem modio ibi posito locus etiam μόδιος vel μόδιον appellatus fuit. ὡρεῖον vel ὁρεῖον pro horreum, et μόδιος seu μόδιον pro modio frequentissime occurrunt apud scriptores Graecobarbaros. ita Suidas eadem de re loquens v. Μαναΐμ, οὗ inquit (sc. Μαναΐμ στρατηγοῦ) στήλη ἵστατο ἐν τῷ καλουμένῳ ὡρείῳ, ὅ ἐστι μόδιος· ἦν γὰρ ὡρεῖον, ἔνθα νῦν ἵσταται κίων πρὸ τοῦ οἴκου Κρατεροῦ. quae verba ita vertenda sunt: *cuius statua posita erat in loco nuncupato Horreo sive Modio. horreum enim fuit, ubi nunc stat columna ante domum Crateri.* caeterum quod supra dixi locum nominatum *Horreum* partem fuisse fori Constantiniani, inde elicitur quod Codinus absidem, quam ibi stetisse ait, p. 68 v. 5 appellat arcum orientalem fori et p. 45 v. 2 arcum Amastriani nuncupat. Lamb.

p. 66 v. 7. ἐν τῷ κατωγέῳ μοδίῳ] hoc est, ut ego interpretor, *in concavitate subterranea loci nuncupati modii.* ναύτας vero simpliciter hoc loco Codinus vocat negotiatores, qui ex Aegypto Phoenice Syria et aliis locis transmarinis frumentum Cpolim advehebant. supra p. 45 v. 7 eos appellat ἐμπόρους. ἔμπορος enim proprie significat, ut ait Ulpianus Demosthenis interpres, τὸν πραγματευτὴν ἄνθρωπον, τὸν πλοῦντα θάλασσαν. Lamb.

p. 66 v. 9. scribe ἀμφοτέρους, nempe τοὺς λαμβάνοντας καὶ τοὺς διδόντας. Lamb.

p. 67 v. 15. ἅμα δὲ] rectius cod. Vat. falso enim Codinus Asparem, quem constat patrem fuisse Ardaburii, fratrem eius appellat. sed necessitas et occasio exigit ut paulo prolixius agam de Asparis familia. Aspar igitur, quem hoc loco Codinus a Leone Macello interemptum fuisse ait, is est qui consul fuit cum Areobindo anno post Christum natum 431,

et filios habuit Ardaburium et Patricium. ex hisce Ardaburius consul fuit cum Alypio anno Christi 447, et una cum patre Aspare a Leone Macello ob affectatum imperium occisus est anno 470. Patricius vero consul fuit cum Ricimere anno 459. hunc Leo imperator Caesarem creavit anno 469, et filiam suam Ariadnem ei despondit: sequenti autem anno, patre fratreque eius occisis, ipsum a filia sua Ariadne per repudium seiunctum in exsilium misit, ut testatur Nicephorus Callistus l. 15 c. 27. Ἀριάδνην, inquit, τὴν ἐκ Βηρίνης αὐτῷ γεγεννημένην, τῷ παιδὶ τοῦ Ἄσπαρος Πατρικίῳ τῷ ὑπάτῳ εἰς γάμον ἐδίδου. sed ibi vel pro τῷ ὑπάτῳ legendum est τῷ ὑπατικῷ, vel videtur Nicephorus voluisse dicere, Leonem imperatorem Patricio Asparis filio eo anno filiam suam Ariadnem despondisse, quo ille consul fuit cum Ricimere. postquam vero Nicephorus Asparis et Ardaburii caedem narravit, subiungit de eodem Patricio haec verba: τὸν δὲ ἕτερον ἐκείνου (sc. Ἄσπαρος) υἱὸν τὸν Πατρίκιον τῆς θυγατρὸς αὐτὸν διαζεύξας Ἀριάδνης, ἐκεῖνον μὲν ὑπερόριον ἦγε. utroque in loco interpres Nicephori non animadvertit Πατρίκιον nomen proprium esse, sed velut dignitatis vocabulum exposuit. similiter corrigendus Cedrenus, ubi vitiose legitur τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ Ἄσπαρος υἱός, πατρίκιος ὤν, Καῖσαρ παρὰ τοῦ Λέοντος γίνεται. tollendum est participium ὤν: nam, ut dixi, πατρίκιος hic non dignitatis titulus sed nomen proprium est. itidem erratum est in his Zonarae verbis: μέχρι δὲ τέλους ἀντέχειν μὴ οἷός τε ὤν, εἴκων ἀνάγκῃ Καίσαρα ποιεῖ ἀπὸ Πατρικίου τὸν τοῦ Ἄσπαρος παῖδα, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφόν. non dubito enim quin pro ἀπὸ πατρικίου scribendum sit πατρίκιον. caeterum tradunt alii auctores Patricium non in exsilium fuisse missum, sed una cum Aspare patre et fratre Ardaburio occisum fuisse. Marcellinus Comes in Chronico: *Ind.* IX, *Leone Aug.* IV *et Probiano coss, Aspar primus patriciorum cum Ardabure et Patriciolo* (lege Patricio) *filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem caesare generoque Leonis appellato, Arianus cum Ariana prole, spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.* item auctor Chronici Alexandrini: τούτῳ τῷ ἔτει τυραννίδα μελετήσας τις (lege μελετήσαντα) Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον ὡς πρῶτον τῆς συγκλήτου ἐφόνευσεν ἐν τῷ παλατίῳ ἔσω, καὶ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. et Evagrius l. 2 c. 16: ἀναιρεῖ (sc. ὁ Λέων) Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίηκε πρότερον. interpres vertit: *Leo Asparem, qui imperium ei tradiderat, e medio sustulit; quin etiam filios eius Ardaburium, quem antea Caesarem creaverat, et Patricium.* ubi contra auctoris sensum dignitatem Caesaris, quam habuit Patricius, Ardaburio eius fratri tribuit. sed ita alias passim tam in anti-

quis quam recentioribus historicis duo illi Asparis filii inter se confunduntur. Lamb.

p. 68 v. 17. Ἀφροδίτης παρθένου ἱερᾶς] in codice Vat. scriptum inveni Ἀφροδίτη παρθένος ἵεραος. si pro ἵεραος legeretur ἵερακος, verisimile quodammodo esset Ἀφροδίτη et ἵεραξ nomina esse amantium, qui eodem conditi monumento ne morte quidem seiungi voluerunt. vertendum igitur esset, *Aphrodite virgo ab Hierace ne morte quidem separor.* Hierax ut nomen proprium apud Suidam et alios scriptores occurrit, Aphrodite autem in antiquo hoc alias inedito epitaphio: *Καλλίτεκνον σεμνὴν ὅδε τύμβος ἔχει σε Ἀφροδίτη*, et in alio apud Gruter. p. 756. tertia diversa lectio istius inscriptionis haec est: Ἀφροδίτῃ παρθένῳ ἱερᾷ. Venus cognominata virgo et sancta eadem est quae alias vocatur οὐρανία sive *caelestis*, et pro Iunone sive Luna culta fuit, ut testatur Iulius Firmicus: *nam hunc eundem*, inquit, (sc. aërem) *nomine Iunonis vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt.* huc pertinet inscriptio quae legitur in Collectan. anonymi n. 194, Ἀφροδίτῃ Σελήνῃ. epitheton vero Sanctae tribuitur Veneri in antiqua inscriptione, cuius exemplar subiunxi, quia alias, quod sciam, nondum est edita:

VENERI. SANCT. . MORPH.
SACRUM
TI. CLAUDIUS. TI. F. CLU. BI
MIL. LEGION. III. PARTH\
VOT. SUSCEPTO. LIBEN
L. D. D. D.

quarta demum lectio diversa haec est: Ἀφροδίτῃ παρθένῳ ἱερά, οὗ δὲ θαρροῦσα χωρίζομαι. videant alii an quicquam boni sensus elici hinc possit: mihi sane non videtur. Lamb.

p. 69 v. 7. συστημάτια ἔνζωδα hoc loco significat *compages* seu *coagmenta compactitia*, quibus figurae vel insculptae vel impositae fuerunt: ζώδια enim, ut alias dixi, Codinus passim figuras et statuas appellat. in aliis aliquot codicibus pro συστημάτια scriptum inveni συστεμμάτια et συστρεμμάτια. Lamb.

p. 69 v. 10. ἀστρονόμος] additur in aliquot codicibus παρακληθεὶς παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. sed hoc falsum est: nam Apollonius Tyaneus sub Domitiano floruit. caetera etiam omnia, quae hic Codinus narrat de praesagiis rerum futurarum exstructis ab Apollonio Tyaneo, futilia sunt et nullius momenti. Lamb.

p. 70 v. 6. ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι] non dubito quin hic locus ex anonymi Collectaneis ita supplendus et reformandus

sit: ἐν τῷ φόρῳ πλησίον τῷ μεγάλῳ κίονι τῷ πορφυρῷ κατὰ ἀνατολήν. LAMB.

p. 70 v. 8. *Κορωνίῳ μήλῳ*] crederet quis pro κορωνίῳ hic scribendum esse κοτωνείῳ, nempe ut κοτώνειον Graecobarbare idem significet atque Graecis antiquis κυδώνιον et Latinis *cotoneum*. sic enim videretur locus hic Cpolitanus, nominatus *Malum Cotoneum* sive *Cydonium*, respondisse illi qui fuit in sexta regione Romae antiquae et nomen habuit *Malum Punicum*, cuius meminit antiqua urbis descriptio et Suetonius in Diocletiano. verum si minus haec coniectura placet, omnino legendum est, ἐν τῷ ὡρείῳ μιλίῳ, id est *in miliario aureo*. sic alibi statuam Solis describens, eam positam fuisse ait ἐν τῷ ὡρείῳ μιλίῳ. quemadmodum igitur Romae in octava regione erat miliarium aureum, quod Dion l. 54 τὸ χρυσοῦν μίλιον vocat, ita etiam Cpoli, quae Romam veterem in omnibus imitabatur, in regione quarta miliarium aureum fuit, quod hoc loco μίλιον ὥρειον vocatur: nam ὥρειον vel ὥρεον Graecobarbare dicitur *aureum*. notandum vero est Cpoli non solum ipsam columnam miliariam nominatam fuisse τὸ ὥρειον μίλιον, sed etiam totum locum circumsitum inde nomen accepisse. sic aliquoties a Codino mentio fit τῆς καμάρας τοῦ μιλίου et τῶν στηλῶν τοῦ μιλίου, hoc est, ut ego interpretor, fornicis et statuarum positarum in regione urbis vocata *ad miliarium aureum*. LAMB.

p. 70 v. 11. *παραδεδώκασιν*] hic desinit liber *de Statuis*, cui in omnibus codicibus statim subiungitur liber *de aedificiis*, nisi quod in duobus Vaticanis intersita est non contemnenda narratio de 7 synodis generalibus, cuius exemplum subiunxi.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΟΔΩΝ. *)

α΄. Ἡ πρώτη σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, συνελθόντων τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων καὶ Σιλβέστρου πάπα Ῥώμης, οἳ καθεῖλον Ἄρειον, ὃς ἦν πρῶτος πρεσβύτερος Ἀλέξανδρος· τὸν γὰρ Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι ἐβλασφήμει. ὕβρεις δὲ τότε ἐχριστιάνισαν. ἐπὶ δὲ τούτου εἰσῆλθον τὰ λείψανα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει. ἐβούλετο δὲ καὶ τὴν τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου συντέλειαν ἐκκόψαι, ἣν ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἡ πόλις μετέλαβε, καὶ τὴν τελουμένην βολὴν ὑπὸ τῶν ἐξ ἀνάγκης τὴν τοῦ πραίτωρος ὑποσειόντων ἀξίαν, εἰ μὴ τοῦτον ταχὺ ὂν τὸ τέλος τοῦ βίου κατέλαβεν.

β΄. Ἐπὶ δὲ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου γέγονεν ἡ δευτέρα σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων καὶ Δαμάσκου πάπα Ῥώμης καὶ Νεκταρίου Κωνσταν-

*) cf. Mich. Glyc. p. 502 Bonn.

τινουπόλεως καὶ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου· τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα οὐκ ἔλεγε θεὸν ἀλλ' ἀλλότριον τῆς θεότητος. ἥτις καὶ προσέθηκε τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τῆς πίστεως, οὕτως· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κύριον τὸ ζωοποιόν. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἀπετέθησαν λείψανα εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἑβδόμου· ὁ δὲ Ἀττικὸς ἦν πατριάρχης ὅστις κατέθετο αὐτά.

γ΄. Ἐπὶ δὲ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ γέγονεν ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ, τῶν σ΄ ἁγίων πατέρων, ἐπὶ καθαιρέσεως Νεστορίου· τὸν γὰρ Χριστὸν καὶ αὐτὸς ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι ἐβλασφήμει. οἳ καὶ συνελθόντες ἀνεθεμάτισαν αὐτόν, καὶ τελείως ἐδίδαξε τὴν ἀδόλωτον καὶ εἰλικρινῆ καὶ τελείαν καὶ ἀμώμητον πίστιν, τὴν ἐν τριάδι θεότητα ὑμνουμένην ἀεί.

δ΄. Ἐπὶ δὲ Μαρκιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ γέγονεν ἡ τετάρτη σύνοδος, ἡ ἐν Χαλκηδόνι, τῶν χλ΄ ἁγίων πατέρων, ἐπὶ Λέοντος πάπα Ῥώμης καὶ Ἀνατολίου Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ Διοσκόρου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας καὶ Εὐτυχοῦς ἀρχιμανδρίτου· οὗτοι γὰρ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρῃτοῦντο καὶ ἐν φαντασίᾳ τὴν σάρκα αὐτοῦ ἐμυθολόγουν.

ε΄. Ἐπὶ δὲ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου γέγονεν ἡ πέμπτη σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει, οἳ καὶ καθεῖλον Ὠριγένην Εὐάγριον καὶ Δίδυμον τοὺς παράφρονας· τὰ γὰρ σώματα ἡμῶν μὴ ἀνίστασθαι ἐδυσφήμουν, καὶ παράδεισον αἰσθητὸν μὴ γενέσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ μήτε εἶναι, καὶ ἐν σαρκὶ μὴ πλασθῆναι τοῦ Ἀδάμ, καὶ τέλος εἶναι τῆς κολάσεως, καὶ δαίμονας ἐλθεῖν εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀποκατάστασιν.

ϛ΄. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου Ἡρακλείου καὶ Τιβερίου υἱοῦ αὐτοῦ γέγονεν ἡ ἕκτη σύνοδος, τῶν ρν΄ ἁγίων πατέρων, ἐπὶ Ἀγάθωνος πάπα Ῥώμης, κατὰ Κύρου Ἀλεξάνδρου Σεργίου Πέτρου, ἓν θέλημα ἐν μιᾷ ἐνεργείᾳ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχειν, καὶ μετασάρκωσιν τὸν σύνδεσμον τῆς ὀρθοδοξίας διαλῦσαι θελήσαντες οἱ παράφρονες. συνῆσαν δὲ αὐτοῖς καὶ Μακάριος ὁ νομοθέτης Ἀντιοχείας καὶ Ἰσίδωρος ὁ μαθητὴς αὐτοῦ.

ζ΄. Ἐπὶ δὲ Εἰρήνης τῆς μητρὸς Κωνσταντίνου τοῦ τυφλοῦ γέγονεν ἡ ἑβδόμη σύνοδος, τῶν ἁγίων τη΄ πατέρων, ἐπὶ Ταρασίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ καθαιρέσεως Θεοδοσίου, παρ' οἷς ἐξέθεντο ὅροι πίστεως.

Ἐπὶ δὲ Θεοδώρας αὐτοῦ τῆς μετὰ τὸν θάνατον Θεοφίλου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, σὺν Μιχαὴλ τῷ υἱῷ αὐτῆς γέγονεν ἡ σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει τῆς ὀρθοδοξίας, ἥτις ᾄδεται ἕως τῆς σήμερον. Lamb.

p. 71 v. 5. per *παλάτιον μέγιστον* hic intelligitur palatium imperatoris, quod statim postea vocat *τὰ βασίλεια*. Lamb.

p. 73 v. 14. *γάστρια* vel *γαστέρια* hic significant *vasa ventrosa et patula;* cuiusmodi sunt in quibus arbusculae flores

et herbae plantantur. caeterum istius monasterii meminit Zonaras. LAMB.

p. 73 v. 19. *ἀπλικεύειν* idem est atque Latinorum *applicare*. hic significat *deponere aliquid* seu *applicare in aliquem locum*. paulo post sumitur pro *diverti ad hospitem* seu *recipere se in hospitium: ἔξω τοῦ παλατίου*, inquit, *ἠπλήκευσεν εἰς τὰ Ῥουφίνου*. LAMB.

p. 75 v. 1. *ἀρμαμέντα καὶ κοπροθέσιον*] de hac templi et reliquiarum S. Euphemiae profanatione vide hist. Misc. l. 22, ubi agitur de rebus gestis a Constantino Copronymo anno 26 imperii. caeterum pro *ἀρμαμέντα* hic scribendum censeo *ἀρμεντάριον*, id est *armentarium* seu *stabulum armentorum*. sic ante Copronymum Maxentius ecclesiam S. Marcelli titulo dedicatam in armentarium mutavit, ut ibidem animalia Catabuli congregata starent, quorum servitio S. Marcellum addixit. notandum vero etiam in hist. Misc. pro *armamentarium* substituendum esse *armentarium*. LAMB.

p. 75 v. 5. *ἐν Λέσβῳ*] in hist. Misc. legitur *apud Lemnum insulam*. item apud Zonaram *τῇ νήσῳ Λήμνῳ*. et sic anonymus in Actis S. Euphemiae apud Baron. ann. 766. credo igitur apud Codinum quoque pro *Λέσβῳ* scribendum esse *Λήμνῳ*. LAMB.

p. 75 v. 6. *μέλλων κτίσαι*] idem refert Nicephorus Callistus hist. Eccl. 8 4. LAMB.

p. 75 v. 9. *εἰς τὸν φόρον*] adde ex Zosimo *καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν*. *φόρος* enim hic non ipsum forum significat, sed locum ubi, posteaquam Constantinus ambitum urbis ampliavit, *forum maximum* sive *Constantinianum* constructum fuit. LAMB.

p. 75 v. 19. *ἤδη προλαβόντες εἴπομεν*] respicit ad illud quod supra dixit p. 41 v. 6 sqq. LAMB.

p. 76 v. 15. *ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος*] hic est Anastasius Persa monachus, qui 17 anno Heraclii imperatoris seu 627 post Christum natum, sub Chosroe Persarum rege, una cum 70 sociis martyrium consummavit. LAMB.

p. 76 v. 19. *τὴν Χελώνην τὸν ἅγιον Προκόπιον*] hoc est, ut alias ait, *τὸν ἅγιον Προκόπιον ἐν τῇ Χελώνῃ*. LAMB.

p. 77 v. 5. *μεσόμφαλον* seu *μεσόλοφον* Cpolitanum puto respondisse loco antiquae Romae qui nominabatur *umbilicus Romae*. LAMB.

p. 77 v. 16. *παρ' ἄλλου Οὐρβικίου*] verba *παρ' ἄλλου* propterea addidisse puto Codinum, ut Urbicium patricium, quem sub Anastasio de re militari scripsisse ait, diversum esse ostendat ab altero illo, quem supra p. 18 v. 3 et 74 v. 4 dixit praepositum fuisse tempore Constantini magni et templum S. Iuliani aedificasse. quid vero vox *βαρβάτου* sibi velit, non

satis mihi constat. caeterum Urbicius patricius, de quo in praesentia Codinus loquitur, is est cuius *ἐπιτήδευμα* sive inventum tacticum a Nic. Rigaltio editum est. ipse enim inibi testatur se ista sub Anastasio Dicoro scripsisse: *καὶ τελεία*, inquit, *νῦν ἔσται μετὰ Ἀρχιμήδους κἀμοῦ σοφία, ἐπὶ τοῦ καλλινίκου καὶ αὐτοκράτορος ἡμῶν Ἀναστασίου.* idem alibi vocatur Orbicius, ut in Etymologico magno, ubi citatur fragmentum *ἐκ τῶν Ὀρβικίου τῶν περὶ τὸ στράτευμα τάξεων.* item in titulo antiqui epigrammatis a Salmasio in notis ad Spartianum editi: *εἰς βίβλον τακτικῶν Ὀρβικίου ἀπὸ ὑπάτων.* exstat hodieque Florentiae in bibliotheca Medicea omnium, ut creditur, optimus et antiquissimus codex scriptorum Tacticorum, quo inter caetera continentur duodecim libri, quibus praefixa est haec inscriptio, *Οὐρβικίου τακτικὰ στρατηγικά.* sed iidem sunt qui in Barberina et aliis bibliothecis sub nomine *Μαυρικίου* habentur. Lamb.

p. 77 v. 20. *τὰ καμίνου*] supra dixit p. 46 v. 1 *τὸν καλούμενον Βοῦν*, seu forum nuncupatum *Bovis*, inde nomen habuisse quod *κάμινος*, sive fornax instar bovis formata ibi collocata esset, in qua puniebantur malefici. crederet ergo quis *εἰς τὰ καμίνου* idem hic esse atque illud quod antea dixit, *εἰς τὸν καλούμενον Βοῦν.* verum si non satis probabilis haec videtur coniectura, scribendum est *εἰς τὰ καμίνια*, id est, in regione ubi sunt thermae quae appellantur *Caminia.* de his thermis supra p. 14 v. 3 sqq. egit. Lamb.

p. 78 v. 1. *ἀνωτέρω ῥηθέντος*] p. 20 v. 10. Lamb.

p. 79 v. 2. *πρόκενσα* Graeco-barbaris dicuntur *processiones solennes: ὀψικεύειν* vero, ut alias dixi, significat *comitari* et *honoris causa prosequi.* Lamb.

p. 79 v. 2. *Ἀρκαδιανοὺς*] Cedrenus: *ποιεῖ δὲ* (sc. ὁ *Ἀρκάδιος*) *καὶ ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, οὓς ἐκάλεσεν Ἀρκαδιακούς.* utrumque ergo dicitur, *Ἀρκαδιανός* et *Ἀρκαδιακός*, ut *Κωνσταντιακός* et *Κωνσταντιανός*, et *Θεοδοσιακός* et *Θεοδοσιανός.* Lamb.

p. 79 v. 16. *εἰς Λίμνας*] ita Chron. Alexandr. p. 602 5 Bonn. eiusdem nominis castrum fuit in Messenia, cuius meminit Pausanias, et aliud in Macedonia, cuius mentionem facit Procopius *de aedificiis* l. 4: sed ibi pro *λίμναι* perperam legitur *λιμνααί.* corrigendus quoque est Marcellinus Comes, ubi de interitu Basilisci agit. *in exsilium*, inquit, *missus est in oppidulum, quod Leminis in provincia Cappadociae dicitur, trusus fame extabuit.* verisimile est pro *Leminis* scriptum fuisse *Limnetis* sive *λιμνῆτις*, quod idem valet atque *λιμναία.* caeterum ubi et quomodo Basiliscus peremptus fuerit, dubium est et controversum. alii enim, ut Chronici Alexandrini auctor et Marcellinus Comes et Codinus, tradunt eum in castrum seu

oppidulum Cappadociae, nominatum λίμνας, in exsilium missum et intra turrim quandam istius loci fame enectum fuisse. alii eum in Cappadociam quidem relegatum fuisse aiunt, sed in itinere in mansione quadam nuncupata Ἀκουσῷ fuisse occisum, ut testantur Niceph. Callist. 16 8 et Evagr. 3 8. hinc patet Cedreni error, qui utramque opinionem confundit. Λίμναι igitur et Ἀκουσός sive Κουκουσός diversa sunt loca, non autem synonyma, ut quidam ex citatis Cedreni verbis putant colligi posse. Lamb.

p. 81 v. 10. κατακαῦσαι] simile quid de Rhodano praeposito et Valentiniano imperatore narratur a Cedreno t. 1 p. 544 Bonn. Lamb.

p. 81 v. 18. τζυκανιστήριον Graeco-barbaris dicitur, quod Graecis antiquis σφαιριστήριον, id est locus exercitio pilae destinatus. Lamb.

p. 82 v. 4. τὴν νέαν ἐκκλησίαν] ecclesiae novae B. Virginis a Basilio Macedone in palatio imperatorio exstructae elegantissima exstat descriptio in oratione Photii patriarchae CP. die eius dedicationis habita, quam integre inserendam esse putavi, quoniam hactenus edita non fuit et ad historiam Cpolitanam pertinet. Lamb. [v. supra, post Παραστάσεις χρονικάς, p. 194—202.]

p. 82 v. 5. Διομήδην] in codice Regio subiungitur καὶ τὸ Στείρου, hoc est templum SS. archangelorum cognominatum Στείρου. vide p. 78 v. 7. Lamb.

p. 82 v. 14. τὴν δύναμιν αὐτῶν] scilicet tria centenaria auri ibi abscondita esse. Lamb.

p. 83 v. 3. τὸ δὲ τετραδίσιον] anonymus in Collectaneis vocat τὸν τετραδίσιον ἔμβολον. notandum vero quod Codinus ἐμβόλους hoc loco interpretatur στοάς et καμαροειδεῖς τόπους, id est *porticus* sive *concamerata*. Lamb.

p. 83 v. 5. διδασκαλεῖον οἰκουμενικόν significat *academiam*, sive *gymnasium publicum*. vulgus universitatem vocat. Lamb.

p. 83 v. 22. πολλὰς ἀρχὰς διανύσαντος] nempe consul fuit sine collega anno p. Ch. n. 478. Lamb.

p. 84 v. 11. καὶ φυγὼν] haec illustrat et confirmat Marcellinus Comes his verbis: *Leontius interea rex et Illus tyrannus in Papyrio Isauriae castello capti decollatique sunt. capita eorum Cpolim allata praefixa hastilibus tabuere.* hoc factum est Dynamio et Sifidio coss a. Ch. 488. Lamb.

p. 84 v. 18. Πανόδωρος] huius ita meminit Georgius Syncellus: Πανόδωρος Αἰγύπτου μοναχὸς ἱστορικός, οὐκ ἄπειρος χρονικῆς ἀκριβείας, ἐν τοῖς χρόνοις ἀκμάσας Ἀρκαδίου βασιλέως καὶ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου. in uno

codice Vat. pro *Πανόδωρος* perperam scriptum inveni *Πάνδωρος*. Lamb.

p. 85 v. 3. *φουλκόλιστος* antiquitus ille locus vocabatur ob latrones ibi suspensos seu furcis affixos: postea vero a vulgo corrupte nominatus fuit *φωκόλισθον*, quasi *ὁ τοῦ Φωκᾶ ὄλισθος.* similiter compluria alia loca Cpoli duplicia habebant nomina, ut supra notavi ad p. 46 v. 13. caeterum quod Codinus ait Constantinum magnum latrones in eo loco, ubi deliquerant, suspendisse seu in furcas fixisse, iure factum fuit secundum leg. Capitalium § Famosos D. de poenis: *famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quampluribus placuit;* quae verba ita transtulit Harmenopolus lib. 6 tit. 6: *οἱ ἐπίσημοι λῃσταὶ ἐν τοῖς τόποις ἐν οἷς ἐπλημμέλησαν φουρκίζονται.* Harmenopuli *φουρκίζειν* et Codini *φουλκίζειν* idem significat, nempe *furcae affigere,* quemadmodum etiam *φοῦλκα* et *φοῦρκα*, hoc est *furca poenalis.* sic propter confusionem litterarum *λ* et *ρ* dicitur *βάλκα* pro *βάρκα*, *πλῶρα* pro *πρῶρα*, *καρδηνάριος* pro *καρδηνάλιος*. neque Graeco-barbari tantum hasce litteras confundere consueverunt, sed ipsi etiam antiqui Graeci, ut testatur Scholiastes Apollonii Rhodii: *διόπερ*, inquit, *ὠνομάσθη Κλάρος ἀπὸ τῶν δακρύων· συγγενὲς γὰρ τὸ λ τῷ ρ, ὡς ὑδρηλοὶ ἀντὶ τοῦ ὑδρηροί.* errat igitur auctor Glossarii Graeco-barbari, qui *φοῦλκαν* exponit *laqueum*, et *φουλκίζειν* diversae ait esse significationis a *φουρκίζειν*. utrumque enim idem significat, scilicet *suspendendo in furcam strangulare;* quod Ulpianus l. Sacrilegii § 1 D. ad leg. Iuliam pecul. vocat *in furcas suspendere,* et anonymus auctor apud Suidam *κρεμᾶν εἰς φοῦρκαν*, et Cyrillus in Lexico *διὰ σχοινίου φουλκίζειν*. idem quoque re vera significat *φουλκίζειν* in illis Cedreni et Balsamonis verbis, quae citantur a glossographo. quod porro attinet ad alterum Cyrilli locum *ἀγχόνη βρόχος καὶ πνιγμονὴ ἡ διὰ σχοινίου, ὡς φοῦλκα*, nemo non videt Cyrillum non dicere *φοῦλκαν* idem esse atque *ἀγχόνην* sive *laqueum,* sed voluisse dicere *ἀγχόνην* significare et laqueum et ipsam suffocationem, quae fit laqueo, cuiusmodi illa est qua necantur in furcas fixi. quare pro *ὡς φοῦλκα* scribendum illic est vel *εἰς φοῦλκαν* vel *ὡς ἐν φούλκᾳ*. Lamb.

p. 85 v. 4. *εἰς δὲ τὸν τόπον τῆς ἁγίας Θέκλης*] in cod. Regio haec paulo diverse concepta sunt, quasi praecedentibus annexa essent: *λέγουσι καὶ περὶ τῆς ἁγίας Θέκλης, ὅτι ὅτε ἦλθεν ὁ βασιλεὺς τῶν Θρακῶν Αἷμων εἰς τὸ Βυζάντιον, ἔκοψαν οἱ Βυζάντιοι ἐκ τοῦ ἐκεῖ ὄρους κοντάρια, καὶ οὕτως ἔλαβεν ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν. κοντάρια* Graecis recentioribus dicuntur *hastae.* Lamb.

p. 85 v. 12. *ἀρχιστράτηγον* Graeci Michaelem archangelum vocant quasi summum caelestis militiae principem, ut testatur

Luitprandus de reb. Imp. l. 1 c. 1. caeterum Adae magistri, qui tempore Constantini magni vixit, meminit supra Codinus p. 20 v. 10. Lamb.

p. 86 v. 15. τῆς ἀνεψιᾶς αὐτῆς] quamvis ita in omnibus codicibus scriptis legatur, attamen dubium non est quin hoc loco scribendum sit, ut supra p. 35 v. 12, καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς καὶ Ἑλένης τῆς ἀνεψιᾶς αὐτῆς. Arabia filia fuit Iustini iunioris et Sophiae, Helena autem Arabiae filia fuit et Baduarii curopalatae. Lamb.

p. 86 v. 20. βύκινον et βούκινον Graeco-barbaris dicitur *buccina*. credo autem eiusdem generis locum fuisse, qui in quarta regione antiquae Romae fuisse memoratur et nomen habuit *Buccinum aureum*. Lamb.

p. 87 v. 9. τὰ δὲ καλούμενα Ὁρμίσδου] haec Codini verba interpretanda sunt quasi dixerit εἰς δὲ τὰ καλούμενα Ὁρμίσδου, id est in loco sive regione urbis nominata *Hormisdae*. quod vero postea subiungit, Iustinianum ibi habitasse antequam imperaret, testatur etiam Procopius *de aedificiis* l. 1. Lamb.

p. 87 v. 14. Ἰουλιανοῦ λιμὴν] portus Iuliani supra quoque meminit p. 52 v. 7. perperam autem in aliquot codicibus pro Ἰουλιανοῦ legitur Ἰουστινιανοῦ: iampridem enim hic portus ante Iustiniani tempora cognomentum *Iuliani* habuit. in cod. Regio a praecedentibus haec seiuncta sunt, atque ita concepta: ὁ δὲ Ἰουλιανοῦ λιμὴν παρὰ Ἰουλιανοῦ ἐκτίσθη, ἐπεὶ αὐτὸς ἐκεῖσε ᾤκει. Lamb.

p. 88 v. 11. Μαυριανοῦ] si, ut ait Codinus, ille locus a Mauricio imperatore nomen accepit, videtur pro Μαυριανοῦ scribendum esse vel Μαυρικίου vel Μαυρικιανὰ vel Μαυρικιανοῦ, scilicet τόπου μέρη. item paulo post ubi legitur ὠνομάσθη ὁ τόπος Μαυριανός, scribendum videtur Μαυρικιανός. verumtamen non expresse dico quicquam mutandum esse, quia omnes codices scripti unanimiter reclamant. Lamb.

p. 88 v. 14. ἀναστάσεως] ἀναστασίας idem est: uti enim ἀπόστασις et ἀποστασία, ἐπίστασις et ἐπιστασία eandem habent significationem, ita etiam hoc loco ἀνάστασις et ἀναστασία. utrumque vero nomen haec ecclesia habuit vel propterea quod collapsa fides catholica S. Gregorii Nazianzeni concionibus ibi revixerit, vel quia mulier ex alto delapsa precibus praesentium Christianorum miraculose in vitam fuerit revocata. sed prior denominationis ratio praeferenda est, quoniam ab ipso S. Gregorio in oratione ad 150 episcopos confirmatur, ubi templum illud hisce verbis alloquitur: χαίροις, Ἀναστασία μοι τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμε· σὺ γὰρ τὸν λόγον ἡμῖν ἐξανέστησας ἔτι καταφρονούμενον, τὸ τῆς κοινῆς νίκης χωρίον, ἡ Σηλώμ, ἐν ᾗ

πρῶτον τὴν σκηνὴν ἐπήξαμεν. et in carmine, quo somnium suum enarrat ad illud templum pertinens:

εὗδον δὴ γλυκὺν ὕπνον, Ἀναστασίαν δέ τ' ὄνειρος
  στῆσεν ἐμοῖσι φέρων ἡματίοισι πόθοις,
ἣ πρῶτον λόγον αἰπὺν ἐνὶ προπόδεσσι μένοντα
  ἤγαγεν ἐς κορυφὴν οὔρεος ἀκροτάτην.
τοὔνεκ' Ἀναστασίαν μιν ἐπίκλησιν καλέουσι
  νηόν, ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀριστοπόνου.

plura de hoc templo vide apud Cedrenum, ubi agit de Valentiniani iunioris et Leonis Macelli imperio, et apud Sozomenum 7 5 et Nicephorum Callistum 15 22 et in Graecorum Menaeis die 10 Ianuarii. caeterum in alio codice pro τῆς ἁγίας ἀναστάσεως legitur τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας, quo probatur quod Metaphrastes, in vita S. Marciani, S. Anastasiae martyri eam ecclesiam dicatam fuisse tradit. Lamb.

p. 88 v. 15. εἰς τὰ Μαυριανοῦ] Metaphrastes et Graeci in Menaeis aiunt hoc templum Anastasiae fuisse ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. Lamb.

p. 88 v. 15. Μαρκιανὸς ὁ ὅσιος] hic non est Marcianus imperator, sed oeconomus S. Sophiae, cuius memoria celebratur die 10 Ianuarii. vitam eius scripsit Metaphrastes. Lamb.

p. 88 v. 15 sq. ἐκ τῆς περιουσίας καὶ τοῦ πλούτου αὐτοῦ] hoc est, quod ait Nicephorus Callistus, ἰδίοις ἀνήγειρεν ἀναλώμασι. reiicienda igitur est codicis Regii lectio: constat enim S. Marcianum pridem ante Asparis et Ardaburii necem templum S. Anastasiae aedificasse. Lamb.

p. 88 v. 17. εἰς τὰ ψῆφα] haec et quae postea sequuntur de prophetico oraculo S. Gregorii Nazianzeni de aedificatione templi S. Anastasiae, prolixe narrantur a Metaphraste in vita S. Marciani. Lamb.

p. 89 v. 1. ἀνακαινισθήσεται ὁ ναὸς οὗτος] eodem sensu videntur intelligenda esse illa verba S. Gregorii in oratione ad 150 episcopos: σύ τε ὁ μέγας ναὸς οὗτος καὶ περιβόητος, ἡ νέα κληρονομία, τὸ νῦν μέγας εἶναι παρὰ τοῦ λόγου λαβών, ὃν Ἰεβοῦς ὄντα πρότερον Ἱερουσαλὴμ πεποιήκαμεν. tunc temporis enim quo S. Gregorius templum S. Anastasiae ita alloquebatur, parvum adhuc erat oratorium. sed postea secundum propheticum illius praesagium a S. Marciano in magnam basilicam mutatum fuit et a Basilio Macedone splendide exornatum. Lamb.

p. 89 v. 5. τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὸ πέραμα] Menologium Graecorum vocat τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν πρὸς θάλασσαν, quod idem est. haec enim procul dubio S. Irenae martyris ecclesia est, quam Procopius sitam fuisse ait ad ostium sinus nuncupati *Cornu* et renovatam ab Iustiniano imperatore: ἐπέκεινα δέ,

inquit, *κατ' αὐτὸ μάλιστα τοῦ κόλπου τὸ στόμα, Εἰρήνης μάρτυρος νεὼς ἵδρυται.* ad differentiam huius templi S. Irenae martyris, cognominati *πρὸς τὸ πέραμα* sive *πρὸς τὴν θάλασσαν*, alterum templum a Constantino magno prope ecclesiam S. Sophiae conditum et Paci aeternae seu Christo dicatum *ἡ ἁγία Εἰρήνη ἡ παλαιά*, id est *ecclesia vetus S. Pacis*, appellatum fuit. Lamb.

p. 90 v. 1. *λωβοὶ* sive *λελωβημένοι* dicuntur *mutilati*. Itali vocant *li stroppiati*. sic Procopius Pers. 1 *privationem oculi* vocat *λώβην τοῦ ὀφθαλμοῦ*. errant enim qui *λώβην* tantum morbum aurium interpretantur, et *λωβούς* appellari aiunt qui eo morbo laborant. non mirum vero est quod Codinus ait, Sophiam Iustini uxorem domum exstruxisse mutilatis alendis destinatam, quia ipsa qua nescio corporis parte fuit mutila, ut indicat cognomentum *ἡ λωβή* seu *ἡ λελωβημένη*, quod passim ei a Codino tribuitur. Lamb.

p. 90 v. 7. *πληττόμενος καὶ βιαζόμενος*] licet in codicibus scriptis ita legatur, non tamen dubito quin scribendum sit *πληττομέναις καὶ βιαζομέναις*, nempe ut referatur ad verba praecedentia *ἡμιόνοις ἀγρίοις*. caeterum de Martyrio S. Zotici vide Graecorum Menologium die 31 Decembris. Lamb.

p. 90 v. 9 sq. *Καρπιανὸς πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ πωγωνάτου. τὰ δὲ Βάσσου ἀνήγειρε Βάσσος πατρίκιος ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ*] in codice Regio et aliquot Vaticanis hic locus ita mutilatus est, *Καρπιανὸς πατρίκιος ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ* etc. errant igitur qui sola istius lectionis auctoritate confisi Carpianum patricium Iustiniani temporibus vixisse et a Theodora occisum fuisse affirmant. porro Bassum patricium, cuius hic Codinus meminit, eum esse puto qui praefectus praetorio fuit Iustiniano Augusto quartum consule. Lamb.

p. 90 v. 14. *ἔπνιξεν αὐτόν*] hoc vero crudelitatis genus, de quo in praesentia Codinus agit, etiam in alios, praeterquam in Bassum, Theodora exercuit. describit Procopius in *ἀνεκδότοις* p. 100 4 Bonn. Lamb.

p. 91 v. 6. *κινθήλια* sive *σκυνθίλια* Codinus paulo post interpretatur *τὰ μικρὰ κάρφια τὰ βαταλαρικά. κάρφας* et *κάρφια* Graeco-barbari vocant *clavos*. sic in quadam Leonis imperatoris constitutione equites secum circumferre iubentur *πόδικλα σεληναῖα σιδηρᾶ μετὰ καρφίων αὐτῶν*, id est *soleas lunatas ferreas cum suis clavis*, scilicet quibus equorum ungulis suffiguntur. an forte etiam hic pro *τὰ βαταλαρικά* legendum est *καβαλλαρικά*? interpretor autem *κάρφια καβαλλαρικά* *clavos equis calceandis destinatos*. Lamb.

p. 91 v. 9. *ὁ Ἀναστάσιος*] haec in codice Vaticano prolixius narrantur hoc modo: *ὅτι τὸν ναὸν τὸν ὄντα εἰς Κων-*

σταντιανὰς τῶν ἁγίων μʹ Ἀναστάσιος καὶ Ἀριάδνη ἀνήγειραν. μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου ἀνήγειραν ἕτερον ναὸν μικρὸν καὶ ἐπωνόμασαν αὐτὸν τοῦ ἁγίου Στεφάνου. LAMB.

p. 92 v. 1. Ἀρεοβίνδου] hic Areobindus praefectus praetorio Orientis et Africae fuit, et Proiectam Iustiniani neptem uxorem habuit. LAMB.

p. 92 v. 12. Ἀρματίου] tripliciter hoc nomen scriptum inveni, nempe ἁρματίου ἀρματίου et ἀρμάτου. LAMB.

p. 92 v. 15. ἀνερχόμενος τὸν κοχλίαν] adeo vicinum erat palatium imperatorium Hippodromo, ut ex palatio in tribunal Hippodromi per scalam cochlidem ascenderetur, ut testatur Chronici Alexandrini auctor: καὶ παλάτιον, inquit, μέγα ποιήσας πλησίον τοῦ αὐτοῦ ἱππικοῦ, καὶ ἄνοδον ἀπὸ τοῦ παλατίου εἰς τὸ κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ διὰ τοῦ λεγομένου κοχλίου. de hac scala cochlide loquitur in praesentia Codinus et p. 112 v. 10, ubi eam vocat τὸν σκοτεινὸν κοχλίαν. ita enim undique tecta erat, ne transeuntes foris conspicerentur. eiusmodi transitus tectos et secretos Codinus in libro de structura S. Sophiae appellat διαβατικὰ σκεπαστά. de tribunali Circensi imperatoris, quod κάθισμα et στάμα βασιλικὸν τοῦ ἱπποδρομίου Graeci nuncupant, alias satis notavi. LAMB.

p. 93 v. 11. Ζεῦγμα] quae hic dicuntur de loco nuncupato *Zeugmate* et translatione reliquiarum S. Stephani protomartyris, confirmat Nicetas rhetor in hactenus inedita oratione de passione S. Stephani et corporis eius inventione, his verbis: προλαβοῦσα τοίνυν, inquit, Ἰουλιανὴ καὶ διαπεράσασα τοῦτον εἰς τὸ ἐπιλεγόμενον σταυρεῖον, ὅθεν δὴ τὰς ἡμιόνους ὑποζεύξαντες τῷ ἅρματι καὶ τὴν ἁγίαν αὐτῷ ἐπιθέμενοι σορὸν ἤλαυνον ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια. ταύτῃ τοι καὶ ζεῦγμα τὸν τόπον ἐκεῖνον ἔφασαν κατωνομάσθαι. et paulo post: ἤγοντο δὲ τὰ ζῶα συντόνως, ἕως εἰς τόπον ἦλθον Κωνσταντιανὰς ὀνομαζόμενον. ἐκεῖ δὲ γενόμεναι καὶ ὥσπερ τινὶ δεσμῷ βιαίως κρατούμεναι μεταβαίνειν οὐκ ἴσχυον. per τὰς Κωνσταντιανὰς thermae intelliguntur Constantianae. perperam igitur in uno cod. Vat. pro μέχρι τῶν Κωνσταντιανῶν legitur μέχρι τῆς Κωνσταντίας. vide Nicephorum Callistum 14 9. LAMB.

p. 94 v. 19. Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως] quamvis haec unanimis sit omnium scriptorum codicum lectio, attamen dubium non est quin legendum sit Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Ἀρκαδίου. hic enim est Antiochus Persa et eunuchus, quem Isdigerdes Persarum rex post mortem Arcadii Theodosio iuniori curatorem submisit, ut testantur uno ore Zonaras Cedrenus Nicephorus et caeteri scriptores. eosdem vero quos in praesentia Codinus, etiam Cedrenus Antiocho titulos tribuit: τῷ λςʹ ἔτει, inquit, Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιπόσιτον καὶ πατρί-

κιον, τὸν βαίουλον αὐτοῦ, παπᾶν ἐποίησε. utrobique βαίουλος Graeco-barbare dicitur monitor vel paedagogus. LAMB.

p. 95 v. 14. τὸν ναὸν τὸν μέγαν τῶν Βλαχερνῶν] templum intelligitur B. Virginis, quod in suburbio Blachernis nominato a Pulcheria Marciani uxore conditum et ab Iustino seniore et Iustiniano ampliatum et renovatum fuit. eius templi praeter Nicephorum Callistum 15 14 passim fit mentio apud caeteros scriptores historiae CP. LAMB.

p. 95 v. 16. Βλαχέρναι] Blachernae locus erat suburbanus ad ostia Euxini maris; quamobrem etiam Procopius templum B. Virginis ibi exstructum ἐπιθαλάσσιον nuncupat. triplicem vero rationem nominis affert Codinus, primo βλαχέρναν quasi βλαχνέρναν dici, quod filicibus esset consitus: βλάχνον enim aeque atque πτέρις *filicem* significat, ut testatur Phanias apud Athenaeum et scholiastes Nicandri; secundo βλαχέρναν quasi λακέρναν nominari, quoniam locus erat λακκώδης sive *lacunosus* et *palustris*. etsi quidem duae etymologiae verae non sint, verisimiles tamen sunt ob loci situm. caeterum tertia paulo obscurior est, nempe ὅτι βλάχου τινὸς κέρμα ἦν ἐκεῖσε, hoc est, ut ego interpretor, *ob caedem cuiusdam Walachi.* quarta huius loci etymologia, quod a quodam ibi regnante nomen adeptus sit, futilis est et nullius momenti, licet eam velut ex Dionysio Byzantio excerptam quidam ostentent. LAMB.

p. 96 v. 8. τὴν ἁγίαν σορὸν] vide Nicephorum Callistum 15 24 et Metaphrastem *de inventione vestis B. Virginis.* erat autem hoc templum in suburbio Blachernis. quare etiam per illa verba quae paulo post subiungit, οὗτος ἔκτισε καὶ τὸ λοῦμα, intelligendum esse puto τὸ λοῦμα τῶν Βλαχερνῶν, cuius meminit p. 51 v. 10 et p. 128 v. 1. LAMB.

p. 96 v. 10. Χρυσοβάλλανδον] secundum Codini etymologiam χρυσοβάλλανδον a vulgo corrupte nominatum fuisse videtur hic locus, cum antiquitus appellaretur χρυσοβαλάντιον. LAMB.

p. 97 v. 3. τὰ Λιβάδια] videtur hoc monasterium ita cognominatum fuisse, quod situm esset in loco suburbano Cpoleos, qui λιβάδιον seu *pratum* appellabatur. LAMB.

p. 97 v. 11. εἰς τὸ λεγόμενον Δεύτερον] hoc templum ab Iustiniano magno exstructum fuisse testatur Procopius *de aedificiis* 1 p. 183 13 Bonn. unde patet locum urbis nuncupatum Δεύτερον sive *secundum* non ob recuperatum Iustiniani Rhinotmeti imperium ita nominatum fuisse, ut tradit Codinus, sed pridem antea cognomentum illud habuisse. LAMB.

p. 97 v. 22. τὴν παλαιὰν καλουμένην πόρταν] de porta urbis nominata *antiqua* pluribus p. 122 v. 9 sqq. agitur. LAMB.

p. 98 v. 4. *τὸν ἐκεῖσε ναὸν τῆς ἁγίας Ἄννης*] procul dubio intelligitur templum S. Annae, quod Procopius ait ab Iustiniano in loco urbis nuncupato *δευτέρῳ* aedificatum fuisse. errat igitur hoc loco Codinus, et opus Iustiniani magni falso adscribit Iustiniano Rhinotmeto. Lamb.

p. 98 v. 15. *Ἰωσὴφ καὶ Θεόδωρος*] de S. Theodoro abbate monasterii Studiani prolixe agitur in Graecorum Menaeis die 11 Novembris. eius vero frater S. Iosephus Thessalonicae archiepiscopus fuit, ut testatur Cedrenus: *Θεόδωρος*, inquit, *ὁ ἡγούμενος τῶν Στουδίου καὶ Ἰωσὴφ ὁ αὐτάδελφος αὐτοῦ ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης*. uterque eorum *κανόνας* composuit, id est *hymnos* sive *cantica solennia festorum*. sed notandum est S. Iosephum Theodori Studitae fratrem diversum esse a S. Iosepho diacono Antiochiae, qui itidem canonum compositione clarus est et in Menaeis Graecorum memoratur die 3 Aprilis. Lamb.

p. 99 v. 13. *Σαμψὼν*] quod Codinus hoc loco refert, Iustinianum imperatorem a Sampsone miraculose sanatum fuisse, eiusque hortatu veluti pro gratiarum actione amplissimum aedificasse hospitale nuncupatum Sampsonis, confirmant unanimiter Metaphrastes in vita S. Sampsonis et Graecorum Menologia die 27 Iunii. neque minus Procopius l. 1 *de aedificiis Iustiniani* idem probat, ut contra aliorum opinionem doctissime declaravit Nic. Alemannus in notis ad Procopii *ἀνέκδοτα*. Lamb.

p. 100 v. 19. *ἡ δὲ Δάφνη*] videtur loqui de suburbio nominato *Daphne*, cuius meminerunt Evagrius Agathias et alii scriptores. caeterum quod ait Codinus moris fuisse ut quotannis calendis Ianuarii populus principibus et senatui laureas offerret, eam ob causam fiebat, quoniam laurus prodest ad sanitatem eiusque symbolum est, ut testatur Geoponicorum auctor 2 2: *λέγουσι δέ*, inquit, *καὶ τοῦτο περὶ τῆς δάφνης, ὅτι ὑγιείας ἐργαστήριον ἐστιν· ὅθεν καὶ φύλλα αὐτῆς ἐπεδίδοντο τοῖς ἄρχουσι παρὰ τοῦ δήμου τῇ πρώτῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός*. Lamb.

p. 101 v. 11. *ἡ δὲ σιδηρᾶ πόρτα*] quam in praesentia *portam ferream* vocat, paulo post appellat *τὴν πόρταν τῶν Σοφιῶν*, id est *portam portus Sophiani* sive *portam Sophianam*. Lamb.

p. 103 v. 18. de Theoctisto eiusque caede vide Zonaram in Theophilo. Lamb.

p. 104 v. 4. de hac statua Eleutherii satis notavi ad p. 49 v. 15. pro *κόφινον* in tribus codicibus Vaticanis diverse legitur, *ἐξακάνθινον. ἐξακάνθηκον* et *ἐξακανθίλονον*. sed quid ista sibi velint, non satis mihi constat. *κόφινος* vero dicitur vas ex virgultis, terrae portandae proprium. Lamb.

p. 105 v. 6. haec est Theophano seu Theophania, prima Leonis Sapientis coniux, cuius anniversaria memoria a Graecis colitur 16 die Decembris. de eius origine haec verba habentur in Menologio: *ὑπῆρχεν ἐξ αἵματος βασιλικοῦ, τὴν γέννησιν ἔχουσα ἐκ τῶν περιβλέπτων Μαρτινακίων, θυγάτηρ Κωνσταντίνου τὴν ἀξίαν ἰλλουστρίου καὶ μητρὸς Ἄννης ἐκ τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν ὁρμωμένης.* hinc patet *Μαρτινάκην* et *Μαρτινάκιοι* non esse nomen proprium, sed commune cognomen familiae. sic Constantinus pater Theophanonis a Zonara simpliciter vocatus *ὁ Μαρτινάκιος*. LAMB.

p. 105 v. 10. *μαγκλαβῖται* Graeco-barbaris vocantur *ianitores aulae imperatoriae*, quod *μαγκλάβια* seu claves manuales gestare solerent. his cum nomine tum re ipsa aequivalent, qui hodieque in Italicorum principum aulis vocantur *li mazzieri*. LAMB.

p. 105 v. 12. *Μάμαντα*] vide p. 115 v. 12 sqq. LAMB.

p. 105 v. 16. *τὰ διακονίσσης*] templum fuit B. Virginis, ut testatur Zonaras in Mauricio. LAMB.

p. 106 v. 4. *Λεωμάκελλον*] Codini opinio de ratione nominis huius loci falsa est. nam *Λεωμάκελλος* et *Λεωμακέλλιον* et *Λεωμακελλεῖον* dicitur *macellum publicum*, quemadmodum *λεώβατος* et *λεωφόρος ὁδός via publica*. LAMB.

p. 106 v. 13. verum quidem est quod hoc loco Codinus ait, Marcianum imperatorem Anthemio filiam suam despondisse, sed falsum est quod addit, Anthemium ab eodem Marciano Romam missum atque imperatorem Occidentis constitutum fuisse. constat enim Anthemium Romam pro imperatore ablegatum fuisse Pusaeo et Ioanne coss, anno decimo imperii Leonis, qui post Christum natum est 467. LAMB.

p. 107 v. 6. *Φοίνικος*] credo intelligendum esse *τὸ τῆς Λύκιας νεώριον ὀνομαζόμενον φοίνικα*, cuius meminit Zonaras in Constante nepote Heraclii. LAMB.

p. 107 v. 7. *Γαϊνᾶ*] de Gaina patricio et interitu eius ob affectatum imperium Marcellinus Comes ad ann. 395. LAMB.

p. 107 v. 15. *Κῦρος καὶ εἰς ἄλλο*] similis huic est illa acclamatio p. 41 v. 1: *Καλλίστρατος εὐτυχὴς καὶ εἰς ἄλλο προκόψει.* caeterum in Chronico Alexandrino, ubi eadem de Cyro praefecto et Theodosio iuniore narrantur, diversa habetur acclamatio: *Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κῦρος ἀνενέωσεν.* LAMB.

p. 108 v. 5. *Anemodulium* pyramis erat quadrilaterae insistens basi, in cuius apice simulacrum positum erat, motu suo ventos indicans. huius meminit Nicetas Choniates p. 857 10 Bonn. Cedrenus ait nominatum fuisse *ἀνεμοδήριον*, quasi *ἀνέμων δῆριν* sive *certamen ventorum*. anonymus in Collect. n. 183 *ἀνεμοδούριον* vocat, posito ρ pro λ. similiter

μαγναύρα dicitur pro *μαγναύλα*, quasi *magna aula*, ut notat Luitprandus *de rebus Imp*. 6 3. Lamb.

p. 108 v. 16. ζωστὴ] huius dignitatis alias meminit Codinus p. 125 v. 8. Lamb.

p. 109 v. 1. *Κοντοσκάλιον*] secundum Codini etymologiam pro *Κοντοσκάλιον* legendum esset *κοντόσκελον*. sed cum constet portam hanc maritimam fuisse, verisimilius est eam *κοντοσκάλιον* sive *κοντόσκαλον* appellatam fuisse, id est *scalam parvam*. *σκάλην* enim et *σκάλιον* Graeco-barbari vocant *scalam*, per quam ad mare descenditur. eiusmodi vero scalae maritimae complures Cpoli fuerunt, ut *scala Sycaena*, *scala Chalcedonensis*, *scala arcis*, *scala Timasii* etc. caeterum *κόντος* Graeco-barbare dicitur *parvus*: sic hoc loco Codinus ait Galinum sive Agallianum a brevibus tibiis *κοντόσκελον* cognominatum fuisse. eodemque modo apud Cedrenum Stephanus scholarum occidentalium domesticus et Leo Cephalleniae praefectus ob humilitatem staturae *κοντοστέφανος* et *κοντολέων* nuncupantur. item Theodorus Petri magistri, qui sub Iustiniano vixit, filius *κοντοχέρης* appellatus fuit, quod illi manus altera esset brevior. Lamb.

p. 109 v. 2. *τὸ κτίσμα τοῦ λιμένος*] loquitur de portu manufacto, qui proximus fuit portae Contoscalii, ut testatur eruditissimus scriptor Io. Leunclavius in Pand. Hist. Turc. Lamb.

p. 109 v. 4. sensus est, Constantinum Copronymum propterea monasterium mutato pristino nomine *Ψαρελαίου* appellari iussisse, ut illuderet monachis, quod continue comederent pisces: *ψάρια* enim Graeco-barbari *pisces* vocant, et *ψαρεύειν piscari*, et *ψαροπωλεῖον forum piscarium*. simili fere cavillatione Cicero ad Atticum 1 14 Lucullum et Hortensium piscinarios appellat. Lamb.

p. 109 v. 14. Portam quam hoc loco Codinus vocat *ψαμαθίαν*, eam appellavit p. 73 v. 15 *τὴν πόρταν τοῦ Ψαμάθου*, id est *portam arenae sive litoris*. quemadmodum enim apud Latinos *arena*, ita etiam apud Graecos *ψάμαθος* tam ipsum *litus* quam *arenam litoream* significat. caeterum progressu temporis huic quoque portae evenit quod compluribus aliis locis, ut per ignorantiam vulgi antiquum et genuinum nomen perderet et pro *ψαμαθεία* appellaretur *ψαμαθέα* et *ψευμαθέα*. hinc patet rationes nominum illius portae, quas in praesentia Codinus memorat, ficticias esse et nullius momenti. praeterea notandum est non tantum illam portam cognominatam fuisse *τοῦ ψαμάθου*, sed etiam monasteria gerocomia et palatia prope eam sita idem habuisse cognomen, ut supra testatur Codinus p. 74 v. 1. corrigendus igitur est Constantinus Porphyrogenitus, apud quem c. 43 de administr.

Imp. pro τοῦ ψωμαθέως. τὴν μονὴν scribendum est τὴν μονὴν τοῦ ψαμάθου, id est *monasterium litorale*. Lamb.

p. 110 v. 3. ἀπὸ Χαρσίου] haec supra p. 47 v. 19 sqq. ipsemet prolixius enarrat. Lamb.

p. 110 v. 6. ἡ Ξυλόκερκος πόρτα] huius portae meminit Zonaras in Anastasio Dicoro. neque vero haec porta tantum ξυλοκέρκου cognomen habuit, sed aliqua etiam muri terrestris pars ei adhaerens et caetera vicina loca, ut testatur Nicephorus Callistus 18 41: τῷ νεῷ, ait, τοῦ μάρτυρος Μάμαντος, ἀγχοῦ τοῦ τείχους ᾧ ξυλόκερκος ὄνομα, κατετέθησαν. Lamb.

p. 110 v. 10. τὴν καλουμένην πηγὴν] de huius templi structura et miraculoso fonte agit prolixe Nicephorus Callistus 15 25 et 26. syntagma vero quod ibidem testatur se scripsisse de miraculis ad fontem eius templi editis, hodieque manuscriptum exstat in bibliotheca Vaticana. principium illius hoc est: εἶτα πηγῆς μὲν ἡδύ τι καὶ ψυχρόν. caeterum in imaginem B. Virginis, quae in celeberrimo hoc templo colebatur, exstat Manuelis Philae epigramma, cuius exemplar apposui, quia alias nondum editum est.

εἰς εἰκόνα τῆς πηγῆς.
Ζωῆς ἐγὼ βλέπω σε πηγήν, παρθένε.
πᾶσαν φλόγα σβεννύεις παντὸς κινδύνου·
σὺ γὰρ ἀναψύχεις με τοῖς τεραστίοις
ἀφθαρσίας φέρουσα τοῖς κόλποις φλέβα. Lamb.

p. 111 v. 1. ἡ δὲ ἀχειροποίητος] hoc est, ut ego interpretor, ὁ ναὸς τῆς ἀχειροποιήτου εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ. videtur autem hoc templum a Constantino Porphyrogenito exstructum fuisse, quo imperante cum Romano seniore, anno post Christum 944, imago Christi non manufacta ex Edessa urbe Mesopotamiae Cpolim translata est. similiter fuit etiam prope Caballam Thraciae civitatem monasterium cognominatum τῆς ἀχειροποιήτου θεοτόκου, quod imago B. Virginis ἀχειροποίητος ibi asservaretur. quodsi verum est Codinum hic de Constantino magno loqui, alia quaerenda erit interpretatio verborum ἡ δὲ ἀχειροποίητος. Lamb.

p. 111 v. 11. τῶν ἁγίων ἀναργύρων] in codd. Vat. additur τὰ βραχέος, nempe ut templum S. Cosmae et Damiani a Paulino aedificatum diversum esse appareat ab altero quod iisdem sanctis eodem tempore a Proclo patriarcha in loco nuncupato *zeugmate* exstructum fuit. Lamb.

p. 112 v. 10. τὸν σκοτεινὸν κοχλίαν] puto hic significari scalam cochlidem, per quam transibatur secreto ex Hippodromo in Palatium. vide quae supra notavi ad p. 92 v. 15. Lamb.

p. 112 v. 17. ἀπεκεφάλισεν αὐτόν] Marcellinus Comes Paulinum magistrum officiorum iubente Theodosio interemptum

fuisse ait in Caesarea Cappadociae, Valentiniano V et Anatolio coss. Lamb.

p. 113 v. 1. *τὴν ἁγίαν σορὸν*] duo Cpoli templa fuerunt B. Virginis, quae cognomen habuere *τῆς ἁγίας σοροῦ* sive *sacri loculi*. horum unum in Chalcopratiis a Pulcheria Theodosii iunioris sorore exstructum fuit, ut testatur Nicephorus Callistus 14 2 et 49 et 15 14, et terrae motu collapsum ab Iustino curopalate et uxore eius Sophia fuit reaedificatum, ut refert hoc loco Codinus et supra p. 83 v. 19. alterum vero Leo Macellus in suburbio nuncupato *Blachernis* exstruxit, cuius supra Codinus meminit p. 96 v. 3 et paulo post hisce verbis, *τὸ δὲ ὠμοφόριον ἐναπόκειται ἐν βλαχέρναις*, hoc est *ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας σοροῦ ἐν βλαχέρναις*. de huius templi situ et structura apposui verba Metaphrastae, quae ex antiquissimo cod. ms bibliothecae Vallicellanae excerpsi. *χῶρος ἦν*, inquit, *πρὸ τοῦ τείχους τοῦ ἄστεως ἐγγίζων τῷ θαλαττίῳ κόλπῳ τοῦ κέρατος. ὄνομα Βλαχέρναι τῷ τόπῳ. θεῖος δὲ οἶκος ἀνὰ τὸν τόπον βασιλικαῖς δαπάναις τῇ θεοτόκῳ οἰκοδομεῖται, καὶ σορὸς ἐξ ἀργυρίου καὶ χρυσίου κατασκευασθεῖσα τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον θησαυρὸν ὑποδέχεται· πλείστοις τε καὶ ἄλλοις ἀναθήμασι καὶ δώροις ὁ οἶκος τιμᾶται.* vide praeterea Graecorum Menologium die 2 Iulii, et Nicephorum Callistum 15 24. Lamb.

p. 113 v. 16. *τοῦ Βοσποϱίου*] portus Cpoli fuit in regione quinta e regione Chalcedonis, qui antiquitus vocabatur *τὸ βοσπόριον*, scilicet *νεώριον* seu *ὁ βοσποριανὸς λιμήν*, propterea quod situs esset ad Bosporum Thracium: ita enim, ut tradit Eustathius Dionysii scholiastes, proprie appellabatur *τὸ κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον στενόν*, id est *mare angustum inter Chalcedonem et Byzantium*. caeterum progressu temporis et vulgi ignorantia genuinum illius portus nomen *βοσπόριον* mutatum fuit in *φωσφόριον* et *προσφόριον*, ut testatur Stephanus v. *βόσπορος* et Ioannes Tzetzes Chil. 1 836. ne autem primo intuitu pateret corrupta esse haec nomina et subrepticia, utrique suam affinxere originem. nam Phosphorium portum dictum fuisse aiunt, quod cum Philippus Macedo nocte illuni et pluvia urbem prope hunc portum per insidias expugnare tentasset, fortuito lunae exortu, quam Graeci *ἑκάτην φωσφόρον* nuncupant, periculum urbis civibus detectum fuerit. Prosphorium vero et Prosphorianum portum vocari tradunt *ἀπὸ τῆς προσφορᾶς*, quod nimirum eo magna importaretur eduliorum copia. Lamb.

p. 113 v. 17. *τὸ σιγματοειδὲς τοῦ τείχους*] loquitur de muro maritimo. Lamb.

p. 114 v. 8. *Πέτρος τις πατρίκιος*] ad hunc plurima exstant rescripta Iustiniano imperatore, sub quo bis praefectus praetorio fuit. Lamb.

p. 114 v. 9. *Βαρσυαμιανὸν*] Procopius in Anecdotis (p. 123 14 Bonn.) *Βαρσυάμην* eum appellat. LAMB.

p. 115 v. 8. *καστελλοῦν* Graeco-barbaris dicitur castellis et propugnaculis aliquem locum munire. LAMB.

p. 115 v. 10. *τὸν ἀρχιστράτηγον τὸν εἰς τὸν Ἀνάπλουν καὶ τὸ Σωσθένιον*] de his duobus templis S. Michaelis archangeli eorumque situ prolixe agit Procopius l. 1 aedific., ubi utrumque ab Iustiniano instauratum fuisse memorat. vide Nicephorum Callistum 7 50. LAMB.

p. 115 v. 12. *ἐκαίετο ἡ πόλις*] incendium de quo in praesentia Codinus loquitur, incidit secundum Marcellinum Comitem in annum unum imperii Leonis, qui post Christum est 465, Basilisco et Herminerico coss. LAMB.

p. 116 v. 2. de hoc Daniele S. Symeonis Stylitae discipulo et imitatore vide Graec. Menologium die 11 Decembris. LAMB.

p. 116 v. 7. *ὁ σθλάβος*] utroque modo Graeco-barbare dicitur, *ὁ σθλάβος* et *ὁ σκλάβος*, id est *servus*, et *ἡ σθλαβία* et *ἡ σκλαβία*, id est *servitus*, et *σθλαβοῦν* et *σκλαβοῦν*, id est *in servitutem redigere*. frustra igitur Glossarii Graeco-barbari auctor voces *ἐσθλαβώθη* et *σθλαβογενής* ut mendosas reiicit. in praesentia vero Codinus Damianum patricium et cubicularium imperatoris Michaelis Methystae *σθλαβόν* sive *σκλαβόν* appellat, propterea quod oriundus esset ex Sclavonia sive Dalmatia. *σθλαβός* ergo idem hic valet quod *Σκλαβηνός* vel *σθλαβηνός*. LAMB.

p. 116 v. 14. *Ζωτικὸς*] erat hospitale mutilatis recipiendis destinatum, et dicatum memoriae S. Zotici. vide p. 89 v. 17. Italis diceretur *lo spedale dei stroppiati*. LAMB.

p. 117 v. 4. *Πηλαμίδου*] rectius in cod. Vat. legitur *τοῦ Πηλαμιδίου*. *Πηλαμήδιον* enim vel *πηλαμύδιον* suburbium erat maritimum, propterea ita nominatum quod pelamides pisces numerose ibi caperentur. in cod. Reg. simpliciter legitur *ἐν δὲ τῷ λεγομένῳ πηλαμιδίῳ*. huius suburbii meminit Cedrenus, ubi agit de imperio Ioannis Tzimiscae. LAMB.

p. 117 v. 7. *Ἡραίῳ*] *ἡραῖον* promontorium est Chalcedonis, quod Stephanus vocat *τὴν ἡραίαν ἄκραν*. antiquitus vero ita nominatum fuit a fano Iunonis, quod in eo situm erat. postea vero, prisco et genuino nomine abolito, corrupte appellari coepit *ἱερεῖον*, *ἤριον* et *ἠέριον* sive *ἀέριον*. etymologiae enim, quas Graeci recentiores corruptis hisce nominibus attribuunt, non originales sunt sed tantum ficticiae. LAMB.

p. 117 v. 10. *ἡ Ἠρίον*] quod hoc loco Codinus ait, *ἤριον* appellatum fuisse illud promontorium propterea quod cives Chalcedonenses ibi sepeliuntur, infra etiam p. 119 v. 4 repetit. eandemque nominis rationem confirmat fragmentum

ex mss quibusdam biblioth. Reg. Collect. excerptum, cuius exemplar apposui: ὅτι τὸ τῆς Χαλκηδόνος ἀκρωτήριον τὸ παλαιὸν Ἥριον καὶ ὃν καὶ λεγόμενον (ταφεῖον γὰρ ἦν τῆς πόλεως Χαλκηδόνος) ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς ἀνασκάψας τὸ ὅλον ἀκρωτήριον καὶ ἀνακαθάρας τὸν τόπον βασίλεια ἔκτισε περιφανέστατα, καὶ Ἡερία ὁ τόπος μετωνομάσθη ἢ Ἀερία. sed quicquid illi dicant, neque ἠέριον neque ἥριον genuinum et proprium huius promontorii nomen fuit, sed ἡραῖον, ut paulo ante notavi et Stephanus testatur. Lamb.

p. 117 v. 12. locus nuncupatus Βρύας memoratur a Zonara in Theophilo: ἐπέταξεν, inquit, ἐν τῷ Βρύαντι δείμασθαι ἀνάκτορα. fuit autem, ut opinor, ita nominatus unus ex septem collibus Cpolitanis. nam paulo post subiungit Codinus: ἐπειδὰν γενήσεται ἐν τῷ τοιούτῳ βουνῷ τῷ Βρύαντι. meminit etiam palatii in Bryante siti Constantinus Porphyrogenitus *de administr. Imp.* c. 51: διὰ τό, inquit, καὶ ὑπ' αὐτοῦ (sc. Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος) κτισθῆναι τὰ τοιαῦτα παλάτια, ὁμοίως καὶ εἰς τὸ Ἕβδομον καὶ εἰς τὴν Ἡερίαν (vel ἱερείαν) καὶ εἰς τὸν Βρύαντα. sic enim ibi scribendum est pro eo quod vulgo perperam legitur, καὶ εἰς τὴν εἰρίαν καὶ εἰς τὴν βροίαν. Lamb.

p. 117 v. 13. quae Codinus hic narrat de etymologia loci nominati Βρύαντος, merae nugae sunt et fabulae aniles. in cod. Regio pro βρύας legitur βρύον. Lamb.

p. 118 v. 4. quid vox πήδημα hic significet, nondum mihi liquet. Lamb.

p. 118 v. 6. τὰ Φλωρεντίου καὶ τὰ Καλλιστράτου] utriusque mentio fit in Menologio die 31 Decembris, in Actis S. Zotici. in cod. Reg. et aliquot Vaticanis pro Φλωρεντίου legitur Φλώρου. quae vero paulo post Codinus narrat de Paulo patriarcha, habentur apud Zonaram in imperio Irenae et filii eius Constantini. Lamb.

p. 119 v. 3. ἔδωκεν αὐτόν] διδόναι hic idem est atque κρούειν, id est *affligere* sive *ad terram dare.* sic Florus 4 2 de Caesare loquens, *tribus*, inquit, *et viginti vulneribus ad terram datus est.* et Plautus, *quemcunque icero, ad terram dabo.* vide notas ad p. 32 v. 6. Lamb.

p. 119 v. 8. S. Stachis, qui a B. Andrea apostolo primus Byzantii episcopus ordinatus est, meminit Nicephorus patriarcha p. 771 15 ed. Bonn. Syncell. vide praeterea Martyrologium et Menaea Graecorum die 31 Octobris et 30 Novembris, et Nicephorum Callistum 8 7. Lamb.

p. 119 v. 16. ἐκλήθη δὲ οὕτως] originatio inepta. Lamb.

p. 119 v. 19. κερατίαν sive *cornutum* Codinus vocat qui uxorem habet adulteram. eodem modo apud Artemidorum 2 12 uxor adultera dicitur marito fecisse cornua. refert enim cuidam

uxorem ducturo, qui visus sibi fuerat arieti insidere et ab eo excuti, somniorum interpretem ita respondisse: ἡ γυνή σου πορνεύσει, καὶ κατὰ τὸ λεγόμενον κέρατά σοι ποιήσει. idem loquendi genus apud Italos Gallos et Germanos hodieque in usu est. LAMB.

p. 120 v. 8. ὦ Μάνα] proprie μάνα Graeco-barbaris dicitur *mater:* deinde etiam accipitur pro interiectione exclamandi, ut in praesentia apud Codinum et apud Luitprandum in Legatione: *obviantes mihi*, inquit, *mulieres*, *quae prius in stuporem mentis versae Mana Mana clamabant.* originatio autem nominis Manaurae vel Magnaurae deducta ex ultimis Anastasii Dicori verbis, ὦ μάνα ὑπὸ αὔρας ἀπόλλυμαι, non aeque mihi probatur atque altera illa quam Luitprandus *de rebus imperat.* 6 3 enarrat his verbis: *est Cpoli domus palatio contigua mirae magnitudinis ac pulchritudinis, quae a Graecis, ρ loco λ posita, Megaura vel Magnaura quasi magna aula dicitur.* LAMB.

p. 120 v. 10. de templo B. Virginis in *Sigmate*, et terrae motu quo temporibus Basilii Macedonis fuit deiectum, mentio fit in Menologio, 10 Ianuarii, his verbis: τελεῖται δὲ ἡ σύναξις διὰ τὸν μέγαν γεγονότα σεισμὸν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν (scilicet τὴν δεκάτην τοῦ μηνὸς Ἰανουαρίου) ἐν ἀρχῇ βασιλείας Βασιλείου, ὅτε καὶ ὁ ναὸς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ὁ ἐν τῷ σίγματι, καὶ πολλαὶ ἕτεραι ἐκκλησίαι καὶ ἰδιωτικοὶ κατέπεσον οἶκοι. Codinus a Menologio paulum discrepat, et collapsum fuisse ait hoc templum die nono Ianuarii, quo a Graecis anniversaria memoria S. Polyeucti colitur. quod vero subiungit pristinum eius templi cognomen σίγμα postea mutatum fuisse a vulgo in σεῖσμος et σῆμα, satis probabile est: refert enim Plutarchus in Cimone Athenis quoque tumulum eorum, quos ruina ex terrae motu oppressit, σεισματίαν appellatum fuisse. LAMB.

p. 121 v. 1. ἡ χώρα] id est ἡ μονὴ τῆς χώρας. huius monasterii meminit Synodicon vetus: καὶ τὸν ἀρχιεράρχην Καλλίνικον ἀπόμματον ποιήσας τῷ σεμνείῳ τῆς χώρας παρέπεμψε. LAMB.

p. 121 v. 1. pro Πρίσκος perperam in aliquot codicibus legitur Κρίσπος. similiter aliquoties erratum est apud Zonaram in Heraclio, uti etiam apud Niceph. Callist. 18 37 et 55. LAMB.

p. 121 v. 7. παρὰ τῆς ἀδελφῆς Μαυρικίου] Zonaras, Nicephorus Callistus et alii scriptores templum S. Mamantis, in quo Mauricius cum familia sua sepultus fuit, aedificatum fuisse referunt non a sorore Mauricii, sed Pharasmane eunucho, qui sub Iustiniano cubiculi praefectus fuit. quod vero paulo post Codinus ait Mauricio uxorem et filias eius aliquanto superfuisse, testatur etiam Nicephorus Callistus 18 41. LAMB.

p. 122 v. 5. *Μανουὴλ Σαβὲλ καὶ Ἰσμαὴλ*] horum mentio fit in Martyrologio Romano die 17 Iunii. sed hac tantum in parte ab eo discrepant Codinus et Menologium Graecorum, quod non Chalcedone illos martyrium consummasse tradunt, sed Cpoli in muro terrestri sive versus Thraciam sito. nam idem apud Codinum est *τὸ χερσαῖον τεῖχος* atque in Menologio *πρὸς Θρᾴκην τεῖχος τὸ ἐπιλεγόμενον Κωνσταντίνου*. templum vero SS. martyrum Manuel Sabel et Ismael meminit alias Codinus p. 25 v. 17, ubi agit de muro terrestri. LAMB.

p. 123 v. 1. S. Dii et monasterii ab eo conditi mentio fit in Martyrologio Romano die 8 Februarii, et in Menologio Graecorum die 19 Iulii, et in Actis concilii Chalcedonensis. LAMB.

p. 123 v. 8. *ξυλινίτης* cognomen fuit Nicetae magistri. quare etiam monasterium ab eo conditum *τοῦ ξυλινίτου* appellatum fuit. falso enim Codinus illud cognominatum fuisse putat a sandaliis ligneis, quibus utebantur monachae in eo inclusae. LAMB.

p. 124 v. 18. *παράθυρα* proprie dicuntur parvulae portae maioribus adiunctae, quas Graeco-barbari *παραπόρτια* vocant. qua vero in significatione vox *καμιλαύκιον* hic accipienda sit nondum mihi liquet. LAMB.

p. 125 v. 1. *Σέργιον*] vide Procopium *de aedificiis* l. 1, ubi prolixe agit de hoc templo et domo Iustiniani, quam habitavit antequam imperium adeptus est. LAMB.

p. 127 v. 2. *ἐξ οὗ καὶ ἔσχεν ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν*] hinc patet templum S. Ioannis Baptistae, de quo in praesentia Codinus agit, duplex habuisse cognomen, *Ἥλου* nempe et *Ἴλλου*, quorum hoc antiquum est et genuinum, illud suppositicium et ignorantia vulgi introductum. LAMB.

p. 127 v. 3. *ἀνώτερον*] scilicet p. 83 v. 22 sqq. LAMB.

p. 127 v. 5. de S. Theophanone, prima uxore Leonis philosophi, supra mentionem fecit p. 105 v. 6. quae vero hic narrantur de templo memoriae eius dicato, in duobus Vaticanis codicibus ita concepta sunt: *τὴν τερπνοτάτην ἐκκλησίαν τὴν εἰς τὰ μνήματα τῶν βασιλέων εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ἣν ὀνομάζομεν ἁγίαν Θεοφανώ, Κωνστάντιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀνήγειρεν, ἐκαλλώπισε δὲ Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ σοφοῦ.* sed verisimilius est pro *Κωνστάντιος ὁ υἱὸς* etc. scribendum esse *Λέων ὁ φιλόσοφος ἀνήγειρεν, ἐκαλλώπισε δὲ Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.* etiam Zonaras huius templi structuram Leoni adscribit. LAMB.

p. 127 v. 10. videtur *στυράκιον* idem hic esse atque *στῦλος* sive *columna*. item supra p. 124 v. 11, ubi *στήλην ἱσταμένην εἰς τὸ στυράκιον* verti *statuam columnae impositam;*

sed an recte, ipsemet adhuc dubito. nam *στυράκιον* pro columna nunquam alias legi. attamen ex supra citatis duobus Codini locis probabiliter quodammodo videtur colligi posse columnas appellari *στυράκια*, a similitudine ligni oblongi et rotundi hastae, quod Graeci *στύρακα* et *στυράκιον* nuncupant. LAMB.

p. 130 v. 3. *καθὼς προείρηται*] nempe p. 64 v. 15 et p. 16 v. 16. LAMB.

p. 130 v. 6. *δρομικήν*] templa *δρομικά* Graecis dicuntur, quae instar Circi oblonga sunt. LAMB.

p. 131 v. 5 sq. *εἰς δὲ τὸν πέμπτον χρόνον τῆς αὐτοῦ βασιλείας*] inquiramus hic. Codinus noster quintum annum imperii ponit, Matthaeus Palmerius in Chronico dicit orsum esse aedificationem anno 31, Zonaras indictione 15, id est anno imperii eius 17. vide dissidium in historia, quod quis componat? MEURS.

p. 131 v. 6. *τὴν σφαγὴν*] vide Cedrenum et Zonaram Annal. 3. MEURS.

p. 131 v. 7. *τῶν λε' χιλιάδων*] consentit Cedrenus. Zonaras tradit quadraginta milia, Procopius de bell. Vand. et Evagrius 4 13 tantum triginta. MEURS.

p. 131 v. 9. *Ὑπάτιον τὸν πατρίκιον*] erat hic cognatus Anastasii imperatoris, teste Zonara. MEURS.

p. 132 v. 3. *Αὐρηλιανοῦ*] scribo *Οὐαληριανοῦ*: nam Valerianus est qui captivum se Sapori Persarum regi tradidit, non Aurelianus, qui inter Cpolim et Heracleam in itinere fraude servi circumventus ab amicis trucidatus est. notum hoc historiae Romanae vel paulum modo peritis. MEURS.

p. 133 v. 10. *τὸ δὲ ὀνομαζόμενον ἅγιον φρέαρ*] Cedrenus appellat *τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου*. Constantinus de Administr. Rom. Imp. *εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κρεμαμένῳ τὸ εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ*. Nicetas Paphlago in vita Ignatii patriarchae Cp. *διὰ τοῦ ἁγίου φρέατος ἀνάγεται*. MEURS.

p. 133 v. 23. *τὸ πραιτώριον*] quod Iustinus imperator reparavit. exstat hac de re epigramma Paulli Silentiarii Antholog. l. 4 c. 23. MEURS.

p. 135 v. 6. *ὁ δὲ βασιλεὺς οἰκείαις χερσὶ*] augusti alicuius operis principia ipsi imperatores aut viri caeteroqui principes dabant. vides hic in aedificatione templi Sophiae de Iustiniano. et narrat de Nerone Suetonius c. 19: *in Achaia Isthmum perfodere aggressus praetorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est, tubaque signo dato primus rastello humum effodit et corbula congestam humeris extulit.* MEURS.

p. 135 v. 8. *τὸν ἅγιον Ἰωάννην*] templa Ioannis Baptistae Cpoli duo, hoc in Strobelo, illud in Macedonianis; quo-

rum unum magna ex parte reparavit Basilius, alterum a fundamentis exstruxit. Cedrenus. Meurs.

p. 136 v. 8. τὸ ὡρολογεῖον] quod condidit Iustinianus anno imperii 7. auctor Cedrenus. Meurs.

p. 137 v. 5. τῶν γυναικίτων] erat hoc palatium imperatricis. Zonaras Annal. 3. Meurs.

p. 137 v. 23. τῷ βαπτιστῆρι] errant interpretes, qui *Baptisterium* vertunt: debuissent *in templo Ioannis Baptistae.* ipse hic noster supra: καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην, τὸν ὄντα εἰς τὸ ὡρολογεῖον, τὸν λεγόμενον βαπτιστῆρα. Cedrenus: καὶ εὐξάμενι πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου μετῆλθεν εἰς τὸν μέγαν βαπτιστῆρα. Meurs. ἐν τῷ βαπτιστῆρι, id est ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστῆρος sive τοῦ Βαπτιστοῦ. nihil apud Codinum frequentius repperitur hoc loquendi genere. βαπτιστήρ autem Graecis recentioribus pro βαπτιστής dicitur, ut ποιητήρ pro ποιητής et κτιστήρ pro κτιστής. errant igitur qui hoc loco et supra p. 135 v. 9 idem esse credunt βαπτιστήρ atque βαπτιστήριον. Lamb.

p. 140 v. 12. ἐγχλιασμένοι σὺν μολίβδῳ] perperam antea legebatur ἐγχιλισμένων. Hesychius ἐγχλιᾶσθαι exponit ἐμφῦναι. Lamb.

p. 140 v. 14. ὀρθομαρμάρωσιν Codinus vocat *incrustationem marmoream parietum*, et ὀρθομαρμαροῦν *parietem marmore incrustare* vel *crustis marmoreis obducere.* Lamb.

p. 141 v. 1. κισσήρινος] id est κισσηρώδης sive *pumiceus.* antea legebatur κισσάρινος, quasi κίσσινος, hoc est *hederaceus.* Lamb.

p. 141 v. 11. πηγανουσίων] anonymus in Collectaneis statuae Veneris meminit, quam factam fuisse ait ἐκ μαρμάρου πηγανουσίου. utrobique πηγανούσιον idem mihi videtur significare atque πηγανῶδες, hoc est *quod rutae colorem refert.* Lamb.

p. 142 v. 7. κιβώριον] mysticam ciborii interpretationem tradit Germanus in Hist. Eccles.: τὸ κιβώριόν ἐστιν ἔνθα ἐστὶν ἡ σταύρωσις, ἀντὶ τοῦ τόπου ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Χριστός. ἐγγὺς γὰρ ὁ τόπος καὶ ὑπὸ βόθρος ὅπου ἐτάφη. ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν συντομίᾳ ἐμφέρεσθαι τὴν σταύρωσιν καὶ τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τέτακται. et quae sequuntur. Meurs.

p. 142 v. 7 sq. τοὺς κίονας καὶ τὰ στήθεα τοῦ θυσιαστηρίου] Germanus ita mystice interpretatur loco citato: κίονα ἤτοι τὰ στήθεα τὰ διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λαοῦ τοῦ εἰσερχομένου εἰς προσευχήν. τὸ δὲ ἔσωθεν, ἤτοι τὸ βῆμα, δηλοῖ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, εἰς ὃ καὶ μόνοι οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ μετ' αὐτῶν εἰσίασιν. Meurs.

p. 142 v. 22. *χρόνου*] videtur *χρόνιον* idem hic esse atque *ἐνιαύσιον* sive *annuum*: *χρόνος* enim apud Codinum et alios eius generis scriptores passim sumitur pro anno. *πάκτον* vero, ut alias notavi, *tributum* significat, quod victoribus a devictis solvitur: ita in praesentia Codinus *χρόνιον πάκτον τῆς Αἰγύπτου* vocat *tributum*, quod quotannis Aegyptus pendebat imperatori Iustiniano, nempe 365 centenaria, cuiusmodi olim Constantino magno Sapores Persarum rex solverat. respicit autem ad illud quod supra scripsit p. 20 v. 9. nota etiam quod, uti ibi, ita hic quoque Saporem appellat *Σάβαρον* pro *Σαβώρην* vel *Σαπώρην*. Lamb.

p. 143 v. 6. *τῆς πύλης*] corrigo *τῆς στήλης*. Cedrenus. et rectius infra *κτιζομένης παρ' αὐτοῦ τῆς στήλης τοῦ αὐγουστεῶνος*. Meurs.

p. 143 v. 6. *τοῦ Αὐγουστεῶνος*] in codice scripto legitur *τοῦ αὐγουστείου*, quod idem est. errant autem qui pro *τῆς πύλης* hic legendum existimant *τῆς στήλης*. per portam enim *Augustei* intelligitur porta maior templi S. Sophiae, ante quam area Augustalis erat sive forum nominatum *Αὐγουστεῖον* sive *Αὐγουστεών*, palatio imperatoris, curia senatus aliisque praeclaris aedificiis cinctum. vide notas ad p. 28 v. 10. notandum praeterea *τὴν πύλην τοῦ Αὐγουστείου* eandem esse quam paulo post *βασιλικὴν* sive regiam nuncupat. media enim erat maiorque ecclesiae porta. hae vero regiae vocantur. Lamb.

p. 143 v. 14—16. *ἀπὸ γὰρ — κεφαλοκιονίων*] quid revera sibi haec verba velint, nondum satis intelligo. attamen aliquanto verisimilius me ea interpretatum esse scio quam antea factum fuit. verti enim quasi post verbum *ἐφαίνετο* inserta esset particula coniunctionis *καί*, et pro *τῶν κόσμων καὶ λαγαρικῶν* legeretur *τῶν κόσμων μαρμαρείων* vel *μαρμαρίνων*. per ornamenta autem marmorea hic intelligo *τὰς ὀρθομαρμαρώσεις* seu *incrustationes marmoreas parietum*, quas ex parte inauratas fuisse superius dixit. Lamb.

p. 143 v. 16. *τῶν κεφαλοκιονίων*] ea sunt capitula columnarum. viri docti male interpretantur *praecipuas columnas*. Cedrenus appellat *κιονόκρανα*. Meurs.

p. 143 v. 18. *ὁ νεωτερικὸς κύκλος*] de Trullo loquitur. Lamb.

p. 143 v. 20. *Ἰουστῖνος*] Cedrenus et Zonaras tribuunt Iustiniano. Meurs.

p. 143 v. 22. *συντρίψαι τὸν ἀξιοθαύμαστον ἄμβωνα*] Zonaras Annal. 3: *ἡ πεσοῦσα τό τε κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης καὶ αὐτὴν τὴν ἐκείνην ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν ἄμβωνα συνέτριψεν*. Meurs.

p. 145 v. 7. *χρόνους φνη'*] exstructum hoc templum est anno 22 Iustiniani, qui fuit Christi 548. adde hos 458: in-

cides in millesimum et primum. sed cave haec Codini esse verba putes: sunt enim illius e quo haec noster descripsit; qui longe certe infra ista tempora vixit, puta sub Palaeologis, ut initio diximus. nos tamen hoc voluimus explicare, ne quem temere implicaret. MEURS.

p. 145 v. 13. τῶν δημοτικῶν δύο μερῶν] id est Prasinis et Venetis. haec duo μέρη intelligit etiam Suidas in στήλην et τριβουνάλιον. Latini veteres *factiones* dicebant. Diaconus in Mauritio *partes* extulit, recentiorum Graecorum more: *Germanus autem mittit ad Sergium demarchum Prasinae partis, ut auxiliaretur sibi gratia imperandi, repromittens se partem Prasini honoraturum.* MEURS.

p. 146 v. 18. εἰς προέλευσιν τῶν ἁγίων ἀποστόλων] fiebat haec processio 2 die paschatis. Cedrenus: τῇ δὲ δευτέρᾳ τοῦ ἁγίου πάσχατος ἀπελθοῦσα ἡ βασίλισσα ἐπὶ τῇ κατὰ τύπον γενομένῃ προελεύσει εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους δείλης προῆλθεν ἐν ὀχήματι χρυσῷ ἐποχουμένη τέσσαρσιν ἵπποις. MEURS.

p. 147 v. 1. καὶ ἕως μὲν ὧδε] operae pretium esse duxeram huic narrationi de structura templi S. Sophiae corollarii instar adiicere duplicem delineationem, quarum una ichnographiam eius repraesentat, altera autem formam eius exteriorem. utriusque participem me fecit nobilissimus atque eruditissimus vir Cassianus a Puteo. verum mutato consilio in aliud tempus differre placuit. LAMB. [v. ad Pauli Silentiarii Descriptionem S. Sophiae.]

p. 147 v. 2. προείρηται] supra p. 17 v. 2. LAMB.

p. 147 v. 3 sq. ἐκκλησίαν — κτισθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης] huius templi mentio fit etiam in disput. Gregentii cum Urbano: πῶς δὲ αὐτὸς ἐπ' ἐκεῖνον τὸν ναόν, ὃν ἐδείματο ἡ βασιλὶς Ἑλένη, μετοικίζεις τὴν λέξιν; conversum est in patriarcheium ab Amurathe capta Cpoli. testis Phranzes Chronic. 3 19. MEURS.

p. 147 v. 7. τὸν Λύκον] de fluviolo Lyco Byzantium transeunte supra quaedam notavi ad p. 45 v. 13. LAMB.

p. 148 v. 1 sq. ἐνθρονιάσῃ τὸν ναὸν] de hoc consecrandorum templorum more diximus in Gloss. nostro in voce ἐγκαίνια. MEURS.

p. 148 v. 13. ὁ μέγας Κωνσταντῖνος] de Constantino Porphyrogenito loquitur, qui, ut supra dixit p. 127 v. 5 sqq., sacellum S. Theophanonis templo SS. apostolorum adiunctum exaedificavit. vide praeterea quae de S. Theophanone prima uxore Leonis philosophi notavi ad p. 105 v. 6. LAMB.

p. 150 v. 17 sq. ἐν τῷ δωδεκάτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔκτισε τὴν Κωνσταντινούπολιν] quo sensu haec dicantur, ipse supra exponit his verbis: περαιωθέντος οὖν, inquit, τοῦ ἑνδεκάτου ἐνιαυτοῦ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως (sc. Κωνσταντίνου τοῦ

μεγάλου) καὶ ἀρχὴν λαβόντος τοῦ δωδεκάτου ἔτους ἐπεχείρησεν τὴν Βύζαντος πόλιν κτίζειν. LAMB.

p. 151 v. 17. scribe *ὁ ἀπὸ σιλεντιαρίων.* sic inscriptio antiqua:

IULIUS. FELIX. VALENTINIANUS. V. C. ET EX SILENTIARIO. SACRI. PALATII COM CONSISTORII. COM. DOM.

ratio autem nominis silentiariorum in excerptis ex Ioannis Lydi libro *περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν* habetur *). LAMB.

p. 152 v. 1. *ὁ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας*] scilicet *κτιστής*. LAMB.

p. 152 v. 13. *κα'*] scribendum esse videtur *κη'*, ut legitur apud Nicephorum patriarcham. LAMB.

p. 153 v. 5. *ἀτραμιτινός*] scribe *ἀδραμυτηνός*. sic in nummo Heliogabali apud virum illustrem Franciscum Gothofredum *ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ* legitur. attamen dicitur etiam *Ἀτραμυτινός*, ut testatur Stephanus. LAMB.

p. 153 v. 13. *ἔτη ιε'*] scribendum esse videtur *ἔτη ε'* vel *ἔτη δ' μῆνας ια'.* LAMB.

p. 153 v. 17. *Νικήφορος ὁ Σελευκεύς*] item in libro de statuis eum vocat *Σελευκηνόν.* LAMB.

p. 154 v. 7. *κατὰ τὸ ϛ' ἔτος*] coepit imperare cum matre anno Christi 841. ergo hic scribendum *,ϛτμθ'.* LAMB.

p. 154 v. 11. *ὁ μὲν η'. ἕτερος ιθ'*] scribendum esse videtur *μόνος ἔτη ιθ'*, vel *οἱ μὲν ιη', ἕτεροι δὲ ιθ'*, hoc est, *imperavit, ut quidam tradunt, annos* 18, *vel ut alii*, 19. LAMB.

p. 154 v. 12. *,ϛτξε'*] scribendum esse videtur *,ϛτϞζ'*, id est 6397. nam si ab hoc numero detrahas annos 5508, quot Graeci numerant a creatione mundi usque ad Christum, remanet annus Christi 889, quo imperare coepit Leo Sapiens. LAMB.

p. 154 v. 21. Romani senioris Novella *περὶ προτιμήσεως*, cuius hic Codinus meminit, illa est quae in iure Graeco-Romano primum locum obtinet, atque ita incipit: *Θεσπίζομεν ἐν πάσῃ πόλει καὶ χώρᾳ ἀπὸ τῆς παρελθούσης α' ἰνδικτιῶνος, ἐν τῷ ,ϛυλ' ἔτει ἐκ τοῦ καιροῦ τοῦ λιμοῦ.* eandem alia eiusdem tituli Novella confirmavit Nicephorus Phocas, quae incipit: *Θεσπίζομεν τὴν περὶ τῶν προβεβασιλευκότων ἐκτεθεῖσαν νομοθεσίαν διενεργεῖν.* LAMB.

p. 155 v. 3. *τὴν παρελθοῦσαν πρώτην ἰνδικτιῶνα*] haec ita supplenda sunt: *τὴν παρελθοῦσαν πρώτην ἰνδικτιῶνα τοῦ ,ϛυλ' ἔτους.* LAMB.

---

*) immo de Mensibus p. 11. vide Has. prolog. p. XLVIII.

p. 155 v. 5. ἐπεκύρωσεν] Novella, qua Constantinum Porphyrogenitum Romani senioris Novellam περὶ τῶν ὑπεισερχομένων δυνατῶν confirmasse ait Codinus, illa est quae incipit παρὰ πολλῶν ἀνέμαθεν. Lamb.

p. 155 v. 6. ὁ Δεκαπολίτης] dubium non est quin hic loquatur Codinus de Theodoro Decapolita patricio et quaestore, quem plerasque Novellas a Constantino Porphyrogenito editas composuisse constat. earum prima sic inscribitur: περὶ τῶν στρατιωτικῶν ἣν ὑπηγόρευσε Θεόδωρος πατρίκιος καὶ κοιαίστωρ ὁ Δεκαπολίτης. similiter reliquae inscribuntur, praeterquam quod pro Θεόδωρος perperam legitur Θεόφιλος et Θεοδόσιος: nam certum est tres illas Novellas Constantini ab uno eodem Theodoro Decapolita compositas fuisse, cuius hic Codinus mentionem facit. erravit etiam interpres, qui κοιαίστωρ ὁ Δεκαπολίτης vertit *quaestor Decapoleos*, quoniam ὁ Δεκαπολίτης cognomentum est, a patria desumptum, ut Τριπολίτης. caeterum quid illud ἐν τῇ λυ' significet, nondum mihi liquet. Lamb.

p. 155 v. 7—9. οὐκ ἀπὸ τοῦ — εἰς ὃν] hunc locum ita reformandum esse censeo: οὐκ ἀπὸ τῆς πρώτης ψηφίζονται ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ςυλς' ἔτους, ἀλλ' ἀπὸ τῆς α' ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ςυλ' ἔτους, ἤτοι τοῦ καιροῦ τοῦ λιμοῦ, εἰς ὃν. sed utrum recte emendaverim necne, intelliges, ubi introspexeris secundam Novellam Constantini Porphyrogeniti, et primam atque secundam Romani senioris. notes etiam posteriora illa Codini verba, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος, respondere verbis secundae Novellae Constantini, quae subiunxi: περὶ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς α' ἰνδικτιῶνος, ἤτοι ἐκ τοῦ καιροῦ τοῦ λιμοῦ μέχρις ἡμέρας τῆς ἡμετέρας ἀναγορεύσεως, ἀδιαφόρως etc. Lamb.

p. 156 v. 9. τὴν δὲ νεαρὰν] Basilii autem Porphyrogeniti Novella, cuius hic Codinus meminit, illa est quae incipit ἐπειδή περ ἡ βασιλεία μου. Lamb.

p. 158 v. 20 sq. τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως] hinc liquet auctorem huius chronici sive indicis imperatorum Cpolitanorum vixisse sub Manuele Comneno: quae ergo deinceps sequuntur a recentiori adiuncta sunt. Lamb.

p. 160 v. 20. τῇ μεγάλῃ θαλάσσῃ] sic hodieque pristino nomine deperdito Euxinus pontus vocatur *il mare maggiore*. Lamb.

p. 161 v. 16. τῆς Μάκρης] *Macram* recentiores Graeci vocant, quae antiquitus *Stagira* nominabatur. testis est Nicetas Choniates p. 695 1 ed. Bonn. Lamb.

p. 164 v. 9. Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς] asservatur in bibliotheca Eminentissimi Card. Francisci Barberini codex ms Tacticorum, in cuius folio quodam vacante quidam Demetrius Leontarus, cuius codex ille fuit, notavit natales liberorum suorum, inserta mentione de die obitus Ioannis Cantacuzeni his

verbis: ἐν ἔτει ,ϛϡιθ', μῆνας α', ἐγεννήθη Ἄννα Λασκαρῖνα Λεονταρῖνα ἡ ἐμὴ θυγάτηρ ἐν μηνὶ Νοεμβρίῳ κα', τὰ εἰσόδια τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως τοῦ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθέντος Ἰωσὴφ μοναχοῦ. obiit ergo, si fides habenda est huic supputationi, anno Christi 1411, die 20 Novembris. sed an potius illa verba intelligenda sunt de Ioanne Palaeologo Andronici iunioris filio, quem pariter ut Ioannem Cantacuzenum Codinus ait factum fuisse monachum, assumpto Ioasaphi nomine? LAMB.

p. 165 v. 9. χαλάστρα hic significat *desolationem, destructionem.* sic in Corona pretiosa χαλασμένος exponitur *destructus,* κατεργασμένος. LAMB.

p. 165 v. 12. δυνατοῦ ὄντος] his in plerisque codicibus subiungitur carmen iambicum domini (nam sic illud κυροῦ explicandum est, non autem *Cyri,* quasi esset nomen proprium) Theodori Prodromi, de patriarchis Cpolitanis, quod in delineatione apparatus historiae Byzantinae editum est. incipit ἀρχιθύτης πρώτιστος ἐν πόλει μέγας. hoc finito sequitur eiusdem Georgii Codini liber *de dignitatibus et officiis magnae ecclesiae et aulae Cpolitanae,* qui iampridem doctorum virorum opera illustratus separatim in lucem prodiit. LAMB.

INDEX GRAMMATICUS.

ἀγαθοδότης 17, 1.
ἀδελφοποιητός 107, 2. 133, 18.
ἀδιοίκητος 80, 11.
ἀκοντίας κομήτης 15, 20.
ἀκροπολίτης 23, 13.
ἀκρωτηριακὰ μέρη 29, 11.
ἀλαθήτως 55, 4.
ἄλογον 84, 18.
ἀμβλωπιάζειν 184, 22.
ἀμυνητί 61, 2.
ἀνακαθαρίζειν 83, 18. 89, 12.
ἀνακλᾶν 155, 2 et 9.
ἀναλύσας i. q. τακείς 94, 14.
ἀναχωματισμός 104, 6.
ἀνδροείκελον 39, 6. 69, 14.
ἀντζίσας 37 in nota.
ἀντζοκοπεῖν 37, 8.
ἀντιζηλεῖν 34, 19.
ἀντινύκτης 144, 6 et 16.
ἀντιπροσώπως δρῶντες ἀλλήλους 9, 2.
ἀπληκεύειν 73, 19. 74, 9 et 11.
ἄπληκτα 74, 5.
ἀπόχωροι 50, 12.
ἀπόψε 21, 7.
ἀργυρένδυτος 144, 19.
ἀργυροέλατος 66, 15.
ἀριδήλως 10, 9.
ἀρμαμέντα 75, 1. 114, 18.
ἀρμαμενταρεῖον 115, 1.
ἀρνικοὶ πόδες 20, 1.
ἀσκεῖν 97, 10.
ἀσκεπής 131, 2.
ἀστρονόμουν 61, 16.
ἄτρον 28, 3.
αὐταρχία 8, 4.
βαγύλαι 167, 17.
βαΐουλος 94, 19.
βήσαλον 136, 12. 140, 17.
βίγλη 179, 13.
βίκιον 30, 11.
βλάχνον 95, 16.
βοοθυσία 193, 5.
βουλγίδιον 139, 5.
γάβος 22, 17.
γεμάτος 81, 4.
ἐγένετο τὸν βασιλέα ἀθυμεῖν 138, 18.
τό γενικόν 19, 1.
γουνυκλινής 39, 7. 43, 8.
γοργονοειδής 34, 16.
γυρίζειν 119, 20.
γύρωθεν 41, 9. 50, 3. 135, 2.
δεητικὰ πιττάκια 36, 5.
διάφωτος 139, 21.
δίδωσιν i. e. πλήττει 185, 19. 119, 3.
ἐδιοικήθη ἡ γυνή 81, 7.
διολισθέν 71, 7.
δρομικός 17, 3. 64, 12. 73, 8 et 10. 130, 5. 147, 3.
δωδεκάζωδον 16, 18. 65, 2.
ἑβδομάριος 36, 4.
ἐγχλιασμένοι 140, 12.
ἐγχόρηγος 22, 17.
εἰκονοκαύστης 98, 17.
εἰς β, νομίσματα ὠνήσατο τὸν τόπον 88, 18. 99, 8. 134, 6.
ἐκβάλαι 175, 4.
Ἑλλαδικός 86, 1.
ἔμπτυσμα 40, 15.
ἔνζωδος 19, 8. 44, 17. 60, 3.

ἐνθήκη 19, 7.
ἐνθρονιάζειν 148, 1 et 7.
ἐνίστορος 54, 16.
ἔξαμον 45, 1. 66, 10.
ἐξέρκετα 180, 19.
ἐξόδιον 47, 1.
ἔξοδος 142, 22.
ἐπαρχῶν τὸν φόρον 28, 15.
ἐπιβαρύς 95, 2.
ἐπίκουφος 53, 2.
ἐπικυροῦν 83, 20. 93, 4. 96, 6. 99, 2. 102, 14. 122, 4. cf. προσκυροῦν.
ἐπισκοπεῖν 71, 3. 183, 2. 189, 22.
ἐπιστατεία ὑπάτων 12, 7.
ἐπτάσκαλος 76, 20.
ἐργοδόσιον 21, 20. 74, 16. 118, 12.
ἐργοστάσιον 21, 20 in nota.
ζωστή 108, 16. 125, 8.
ἥκασι 20, 4. 47, 14. 48, 2. 53, 1, 10 et 15. 60, 13. 142, 17. 176, 3. 192, 2.
ἡκέναι 192, 15.
ἥλατο i. q. ἤλασεν 184, 13.
ἡλιακός 86, 5.
ἡλιοκέφαλος 176, 10.
ἡσυχήσας 118, 11.
θαρρεῖν 189, 20 et 22.
θεαμάτιον 30, 3.
θεματικοί 35, 18.
θεμάτιον 31, 9.
θέσις ἀστρονομική 30, 5.
θηριοδέκτης 167, 5.
θηροκόμος 39, 13.
θήσαντες 80, 16.
θρησκεύματα 16, 14.
θρονίζειν 89, 15.
ἰδικόν 19, 2.
ἰκρίωμα 139, 22.
ἴνδαλμα 176, 17. 177, 16.
ἱππόσυνος θεός 169, 18.
ἱστορεῖν 37, 12. 77, 9. 176, 17.
ἱστορίαι λίθιναι 46, 8.
καγκελλοθύριον 131, 18.
καθαρίζειν 28, 16. 31, 4.
κάθισμα 134, 4.
κάλαμοι ῥιφέντες 16, 7.
κάμνειν βῆσαλα 140, 17.
κάμπος 26, 4.
κανδῆλα 36, 17.
κανόνων ποιηταί 98, 15. 123, 15.
καραβίτζιν 80, 15. 81, 17.
καραβοκουμπάρη 80, 8 in nota.
καρούχα 44, 1. 64, 7. 168, 2.
καστελλοῦν 115, 8.
καταφαιδρύνειν 127, 13.
κατήνιον 35, 6 et 10.
κατηρειπωμένον 11, 17.
κελλίον 142, 14.
κερατέμβολον 119, 15.
κερατίας 119, 19.
κέρκος 110, 8.
κεφαλοκιόνια 143, 16.
κιβούριον 117, 11.
κινθήλιον 91, 6.
κλειδόμενον 35, 6.
κλειδώσας 139, 12.
κοιτωνάριος 115, 4.
κόλυμβος 19, 7.
κόρτη 23, 9. 41, 7.
κουμούλιον 45, 6. 66, 5.
κουμπαρία 80, 8.
κουμπάριον 81, 4 et 14.
κούντουρον 37, 5.
κουροπαλάτισσα 92, 2 in nota.
κουρτῖναι 50, 13.
κουρτοειδής 34, 13. (κυρτοειδής 176, 11.)
κρικέλλοι 50, 13.
κτίζειν 21, 18. 22, 4. 23, 8.
κτίσται μηχανικοί 20, 17.
κυμβαλικός 144, 11.
κωδικέλλιος 180, 11.
κωδικέλλος 40, 18.
κωλόβιον 137, 3.
λαγαρικά 143, 16.
λεηλατίζειν 161, 1.
λεπτοειδής 34, 14. 176, 12.
λευκοφόρος 137, 11. 138, 3.
λεχμία χωνευτά 174, 3.
λιθένδυτος 175, 11.
λιθόξεστος 43, 5.
μαΐστωρ 135, 17. 140, 2. 145, 10.
μακροειδής 85, 17.
μάνα 120, 8.
μαρμαρεύθετος 172, 7.
μαρμαροῦν 28, 17.
μεγαλομάρτυρ 31, 7. 148, 11.
μισάγιος 153, 7.
μνημοθέσιον 17, 3. 127, 6. 148, 13 et 14.
μόδιον 45, 1.
μονή 25, 15. 73, 13.
μοῦλαι 93, 13.
μουσεῖα 148, 15.
μουσιοῦν 141, 7. 144, 7.
μουσίωμα 147, 13.
μύαξ 139, 21.
μυδρών 22, 15.
ξενοτάφιον 102, 6.

ξηραμπέλινος 28, 1.
ξυλόστεγος 16, 15. 17, 3. 73, 11. 147, 3.
ξυλότρουλλος 89, 3. 124, 2. 147, 3.
οἰκονομεῖν 19, 6.
οἰστρηλατήσας i. q. οἴστρῳ ἐλαθείς 114, 1.
ὁλκὸς ὑδάτων 15, 10.
καθ' ὁλόκληρον 161, 23.
ὀπτανθῆναι 98, 5.
ὀρθομαρμαροῦν 141, 7.
ὀρθομαρμάρωσις 140, 14. 141, 19.
ὀστιάριος 133, 12.
ὀψικεύειν 60, 1. 180, 11.
ὀψίκιον 79, 1.
παιγνιώτης 80, 12.
πάκτον 21, 3. 66, 11.
παλατῖνοι ἄρτοι 16, 4.
πάμβρεφοι 155, 23.
παντάπορος 163, 6.
παντούρωμα 110, 8.
παντούρωσις 144, 6 et 17.
παρασκευή 15, 22.
πατοῦν 19, 19.
περσίκιον 145, 21.
πηγανούσιος 141, 11. 175, 15.
πινσός 82, 13. 136, 15. 137, 5. 138, 15. 141, 8.
πιστωρεῖον 102, 7. 118, 16.
πιττάκια 35, 20.
πλακωτός 22, 14. 104, 7.
ποδέα 41, 7.
ποδίσκος 54, 17. 69, 15.
ποιεῖν δέκα μῆνας 20, 14. 97, 16. 101, 13.
πολυποικιλία 143, 15.
πονολύτρια 91, 19.
πόρτα 25, 1 et 15. 43, 20. 47, 14.
προδώσαντες 79, 11.
πρόκενσον 79, 2.
προσκυροῦν 127, 14. 142, 13. 147, 23.
προσχειριάριος 135, 13.
ἐπύθετο τοῖς συνοδεύουσι 176, 23.
ῥεγεωνάρχης 28, 5.
ῥίγλον 45, 7.
ῥόγα 48, 10.
ῥογεύειν 48, 9.
ῥοδοποίκιλος 141, 11.
σαγμάριον 139, 11.
σαργάνη 175, 1.
σηκοῦν 51, 2.
σημειοφορικά 30, 12. 41, 6. 50, 3.
σκάλωσις 144, 9.
σκαπούλιον 49, 15.
τὰ σκάριφα 147, 8.
σκεπάζειν 37, 13. 52, 17. 89, 4. 131, 4.
στάμα 17, 18. 40, 7. 60, 2. 168, 20.
στεφαναία πέτρα 134, 23.
στεφάνη τείχους 6, 9. 12, 13.
στήλη καθεζομένη 38, 17.
στηλοῦν 33, 13. 34, 18. 42, 19. 58, 21. 60, 3.
στηλωτικός 55, 3.
στιχηρά 123, 15.
στοιχεῖον 56, 4 et 16. 59, 3. 185, 22.
στοιχειοῦσθαι 35, 6. 36, 17. 52, 5. 55, 2. 69, 10. 124, 6. 185, 2.
στρογγυλόστεγος 111, 3.
στυράκιον 127, 10.
συγκοπή 19, 20.
συμπτωθῆναι 83, 19. 110, 17. 120, 13. 126, 13.
συμπτώμενον 78, 12.
συνδρομή 93, 20. 122, 18. 143, 14.
συστημάτιον 69, 7. 131, 17.
σφενδών 19, 16. 123, 10.
σφιγκτούριον 145, 23.
σχηματογραφία 25, 8. 75, 7.
σωματοπρᾶται 50, 5.
σωτηρίκιος 180, 23.
ταξεώτης 36, 1. 68, 14.
τελειωθῆναι i. q. ἀποθανεῖν 192, 19.
τετραδίσιος 37, 9. 43, 2. 83, 3.
τετράϊππος 143, 7.
τετραπέρατος 57, 4.
τζυκαλάριοι 25, 5. 69, 16.
τζυκανιστήριον 19, 6. 22, 9. 82, 3.
τραβέα 28, 3, 4.
τριακοντάφυλλον 73, 17.
τροῦλος 141, 1 et 6. 143, 22.
τρουλοῦν 141, 6.
τρουλλωτός 82, 1.
τυμβοσύνη 9, 17.
τύκος 101, 2 et 4.
τυποῦν 143, 1.
ὑγροπίσσιον 146, 11.
ὑποκαμισοβράκιον 145, 23.
φακεώλιον 145, 23.
φαμιλίαι 20, 16. 21, 13.
φαρμακολύτρια 106, 1.
φθαζόμενοι 174, 19.
φιλιππόδρομος 133, 21.
φουλκίζειν 85, 2.
φουλκόληστος 85, 3.
φυλακίτης 160, 15.
χαλᾶν 144, 15. 146, 7.
χαλκέγχυτος 175, 10.

χαλάστρα 165, 9.
χαραγή 176, 22. 180, 23.
χελάνδιον 125, 16.
χριστοκάμαρον 108, 1.
χρυσέγκαυστος 61, 10. 177, 10.
χρυσέγχυτον 174, 2.
χρυσεμβαφής 34, 12.
χρυσέμβαφος 29, 12. 34, 6. 39, 3.
χρυσική ποσότης 138, 18.
χρυσοκάμαρον 107, 17 et 18.
χρυσοκέραμος 116, 12.
χρυσόκλαστος 29, 10.
ἐκ χρωμάτων στήλη 38, 13.
χυμευτὸν χρυσίον 142, 11.
χύνειν 49, 17. 136, 8. 141, 18.
χύσας 104, 7.
ψῆφα 88, 17.
διὰ ψηφίδων εἰκών 77, 9. στήλη 65, 12.
ἁροσκόπει καρκίνος 17, 8.

LIPSIAE,

IMPRESSIT B. G. TEUBNER.

13.

3 2044 049 986 649

A FINE IS INCURRED IF THIS BOOK [redacted]
NOT RETURNED TO THE LIBRARY O[redacted]
OR BEFORE THE LAST DATE STAMP[redacted]
BELOW.

STACK STUDY
CHARGE

CANCELLED